






SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

Opuscula Gelliana

lateinisch und deutsch

von

Martin Hertz

Berlin
Verlag von Wilhelm Hertz
(Bessersche Buchhandlung)
1886

Den lieben

jüngeren vormaligen und jetzigen Amtsgenossen

Franz Susemihl in Greifswald

Hugo Blümner in Zürich

Richard Förster in Kiel

Arthur Ludwich in Königsberg

Jacob Freudenthal in Breslau

Joseph Partsch in Breslau

als bescheidene Gegengabe

Vorrede.

In den kritischen Anmerkungen zu der eben abgeschlossenen Ausgabe der attischen Nächte des Gellius (h^b) musste an vielen Stellen auf frühere Besprechungen derselben verwiesen werden. In Programmen und Zeitschriften zerstreut sind sie nur mit Mühe und Zeitverlust aufzufinden. Es schien daher zweckmäszig, sie an éinem Orte zu vereinigen. Ausgeschlossen davon mussten die vindiciae Gellianae alterae bleiben, die nicht nur im siebenten Supplementbande der Jahrbücher für Philologie, sondern auch als Sonderabdruck bei B. G. Teubner (Leipzig 1873; vgl. dazu einige Nachträge und Verbesserungen Jahrbücher f. Phil. Bd. 111 S. 506—508) erschienen sind. Nicht aufgenommen sind ferner von anderen auf Gellius bezüglichen älteren Kundgebungen auszer einigen Recensionen (über I. v. Gloeden A. G. quae ad ius pertinent: Jahrbücher f. wsch. Krit. 1843 II N. 60, und über Tim. Fabre A. G. de Lat. scriptoribus et lingua Lat. quid iudicaverit Andecav. 1848: Zeitschr. f. d. Alterthumswsch. 1851 N. 59) und der Nachricht über die Handschriften des G. in dem Monatsberichte der Akademie der Wissenschaften zu Berlin vom 4. November 1847 die Vorreden zu den Breslauer Vorlesungsverzeichnissen 1868W., 1877, 1883, 1885 S.; die beiden letzten enthalten nur eine Probe, das erstere jener Ausgabe (III 3), das zweite der gedruckten, aber sehr seltenen Anmerkungen des Carrio (zu I 1—3); die ersteren, A. G. quae ad ius pertinent capita quattuor (lib. IV cap. 1—4) emendata et adnotata und A. G. N. A.

praefatio recensa et adnotata, bieten auszer dem Text und den in die Ausgabe übergegangenen kritischen Anmerkungen auch den Stoff für die Erklärung; sie ganz zu wiederholen war überflüssig, diese Zusammenstellungen gesondert vorzulegen erschien ungefällig und verhältnissmäszig wenig ersprieszlich. Das Aufgenommene ist im wesentlichen unverändert abgedruckt, ohne einzelne Besserungen und, wo es angezeigt erschien, durch eckige Klammern bezeichnete Zusätze auszuschlieszen. Dieselben betreffen namentlich die Abhandlung über G. und Ammianus Marcellinus und entstammen in dieser zum groszen Theile der erstaunlichen Belesenheit und der Sorgfalt von K. E. Georges, dem ich auch hier gern meinen lebhaften Dank dafür ausspreche.

Breslau, den 13. October 1885.

Inhalts-Verzeichniss.

Opuscula Gelliana

lateinisch und deutsch

von

Martin Hertz



Berlin
Verlag von Wilhelm Hertz
(Bessersche Buchhandlung)
1886

Den lieben

jüngeren vormaligen und jetzigen Amtsgenossen

Franz Susemihl in Greifswald

Hugo Blümner in Zürich

Richard Förster in Kiel

Arthur Ludwich in Königsberg

Jacob Freudenthal in Breslau

Joseph Partsch in Breslau

als bescheidene Gegengabe

Vorrede.

In den kritischen Anmerkungen zu der eben abgeschlossenen Ausgabe der attischen Nächte des Gellius (*hb*) musste an vielen Stellen auf frühere Besprechungen derselben verwiesen werden. In Programmen und Zeitschriften zerstreut sind sie nur mit Mühe und Zeitverlust aufzufinden. Es schien daher zweckmäszig, sie an éinem Orte zu vereinigen. Ausgeschlossen davon mussten die vindiciae Gellianae alterae bleiben, die nicht nur im siebenten Supplementbande der Jahrbücher für Philologie, sondern auch als Sonderabdruck bei B. G. Teubner (Leipzig 1873; vgl. dazu einige Nachträge und Verbesserungen Jahrbücher f. Phil. Bd. 111 S. 506—508) erschienen sind. Nicht aufgenommen sind ferner von anderen auf Gellius bezüglichen älteren Kundgebungen auszer einigen Recensionen (über I. v. Gloeden A. G. quae ad ius pertinent: Jahrbücher f. wsch. Krit. 1843 II N. 60, und über Tim. Fabre A. G. de Lat. scriptoribus et lingua Lat. quid iudicaverit Andecav. 1848: Zeitschr. f. d. Alterthumswsch. 1851 N. 59) und der Nachricht über die Handschriften des G. in dem Monatsberichte der Akademie der Wissenschaften zu Berlin vom 4. November 1847 die Vorreden zu den Breslauer Vorlesungsverzeichnissen 1868W., 1877, 1883, 1885 S.; die beiden letzten enthalten nur eine Probe, das erstere jener Ausgabe (III 3), das zweite der gedruckten, aber sehr seltenen Anmerkungen des Carrio (zu I 1—3); die ersteren, A. G. quae ad ius pertinent capita quattuor (lib. IV cap. 1—4) emendata et adnotata und A. G. N. A.

praefatio recensa et adnotata, bieten auszer dem Text und den in die Ausgabe übergegangenen kritischen Anmerkungen auch den Stoff für die Erklärung; sie ganz zu wiederholen war überflüssig, diese Zusammenstellungen gesondert vorzulegen erschien ungefällig und verhältnissmäszig wenig ersprieszlich. Das Aufgenommene ist im wesentlichen unverändert abgedruckt, ohne einzelne Besserungen und, wo es angezeigt erschien, durch eckige Klammern bezeichnete Zusätze auszuschlieszen. Dieselben betreffen namentlich die Abhandlung über G. und Ammianus Marcellinus und entstammen in dieser zum groszen Theile der erstaunlichen Belesenheit und der Sorgfalt von K. E. Georges, dem ich auch hier gern meinen lebhaften Dank dafür ausspreche.

Breslau, den 13. October 1885.

Inhalts-Verzeichniss.

Verzeichniss der kritisch behandelten Stellen.

I.
Vindiciae Gellianae.†)

Vt ad summum in quovis litterarum genere perfectionis p. 3 gradum perveniamus, commilitones ornatissimi, eximiis ingenii dotibus opus est, quae non nisi naturae beneficio nobis dantur; at ut operam aequis iudicibus non contemnendam litteris praestemus, id vel mediocribus ingenii facultatibus praediti et constanti accurataque diligentia et iusta studiorum via ac ratione consequi possumus. Ad nullam vero artem magis hoc pertinet quam ad artem criticam. Nam summa ibi ut praestarent paucis tantum contigit, qui egregiam sagacitatem ac subtilitatem cum perpetua studiorum recte institutorum assiduitate felicissime coniunxerunt, Aristarchos dico, Scaligeros, Bentleios; at secundum artis praecepta fundamenta ponere, quibus ulterior singulorum scriptorum emendatio superstruatur, hoc omnes grammatici valemus, quicumque ipsius sermonis legibus probe cognitis veterum scriptorum lectioni enutriti indeque litterarum antiquarum atque universae antiquitatis rationibus quadamtenus imbuti, accuratius uni alterive ex amplissimo hoc veterum scriptorum numero indagando nos sedulo addiximus. Assidua enim ac saepius iterata lectione familiaritatem quandam cum eo ita contrahemus, ut haud impares simus vividae personae atque operum eius imagini nobis informandae et quaestionibus peculiaribus, quae generalem hanc notitiam accuratiorem reddant, cum recte ponendis tum recte solvendis idoneos nos reddamus, sive eae ad librorum originem habitumve dispiciendum sive ad ipsa scriptoris verba interpretanda pertineant. Eadem vero accuratiore hac notitia, universae artis grammaticae, et linguae et rerum antiquarum cognitionem comprehendentis, peritia innisa, ad recensendam atque emendandam scriptoris alicuius veteris orationem opus

---

†) Prooemium indici schol. univ. Gryphiswaldensis aest. a. MDCCCLVIII praemissum.

est. Praeterea tamen ad gravissimum hoc munus suscipiendum operum eius scriptoris fata per vestigia saepe tenuissima persequenda sunt, ut uno obtutu quas vices subierint, quid veterum recentiorumque studia in iis effecerint perspiciamus indeque dignoscamus, quid operae futurae sit relictum; ad historiam igitur hanc, quae vocari solet, criticam concinnandam quaeremus, quis veterum scriptorem hunc legerit, quis verba eius attulerit, excerpserit, illustrarit, emendarit, num disciplinae scholasticae libri eius inservierint, quomodo per medium aevum conservati ac propagati sint, quinam eorum codices manuscripti
p. 4 exstiterint | hodieque exstent. Quod ubi compertum habemus, tum explorandum est, quibus libris viri docti eousque usi sint quoque accurationis gradu libri illi exhausti esse videantur, quae eorundem sit origo, stirps, cognatio, quod pretium et universo huic apparatui critico et singulis libris statuendum sit; quibus rite perspectis iam videndum est, quid recentiores sive editionibus sive commentationibus praestiterint, ne vel 'nubes et inania' captemus vel acta agamus.

Haec igitur industrie exploraverimus ac dilucide perspexerimus oportet, antequam ipsas critici partes cum in singulis locis tum in universis operibus recensendis emendandisve agere audeamus. At haec si studiorum ad sanae severaeque artis leges conformatorum assiduitate licet praestare, casu plerumque fit et fortuna, ut aut emendationis instrumenta eousque vel omnino ignota vel in bibliothecis delitiscentia detegamus vel ut iis subsidiis, quae etsi nota, ad emendationem tamen aut omnino non aut sive non plene sive non recte adhibita sunt, uti nobis liceat. Apparatu vero hoc sive alienis studiis tradito sive nostris aucto ita utendum est, ut aut eam formam textus, qui dicitur, inde eliciamus, quae ab ipso scriptore profecta est, aut certe, si ob fatorum quae opera illa subierunt iniquitatem eo procedere non datur, vetustissimam, quam redintegrare licet, recensionem fideliter instauremus et pro viribus emendemus.

Quae omnia quamquam non ea qua ipse optarim perfectione in Auli Gellii Noctium Atticarum libris ante hos

quinque annos Lipsiae sumptibus et typis B. G. Teubneri a me editis absoluta sunt, id tamen probe scio, ad hanc operam me neque immaturum neque imparatum accessisse. Cuius rei equidem mentionem non facerem, nisi nuper exstitisset quidam grammaticus haud incelebri nomine Lipsiae docens, Reinholdus Klotzius, qui in commentatione quadam academica quaestionum Gellianarum titulo inscripta, postquam 'amice et libere' sententiam suam se mihi aperturum esse pollicitus est, sub specie fucatae laudis operam in Gellio recensendo a me positam conatus est evertere. Me enim certe iudice quisquis solum 'dulciorelocum' istum eundemque 'subductisupercilicarptorem' disserentem audierit, nisi ipse harum rerum aliquantulum sit peritus, inconsultum ac temerarium haud pauca me admisisse putabit, quae aut ab usu Gelliano aut a linguae Latinae legibus aut ab ipsius denique sensus communis praeceptis abhorreant.

Id quod nemini praeter me ipsum magis lugubre accideret, commilitones, quam iis vestrum, qui per hos menses aestivos seminarii philologici exercitationibus aderunt, quibus selecta Noctium Atticarum capita, quae ad ius et antiquitates Romanas pertinent, coniunctis studiis interpretaturi sumus. Sed vix vereor, ne nimiam vos, qui ipsa arte aliquatenus imbuti estis, fidem adiungatis commentationis illius Klotzianae sententiis quamvis plerumque satis confidenter prolatis. Nam viri illius de rebus criticis decreta saepe fallacia esse nisi aliunde didicistis, ex praeclaris illis commentationibus cognoscere potuistis, proximis duobus scholarum in hac academia habendarum indicibus praemissis ab illustrissimo collega, qui hoc munere per triginta fere annos summa cum laude ita functus est, ut cunctabundus tantum et fere pavidus provinciam ab eo tam praeclare administratam, cum is aliis iisque gravioribus negotiis distineretur, mihi demandari passus | sim. Occasione p. 5
vero hac praefandi oblata ad Gellium adversus critica Klotzii conamina vindicandum uti vel a vestro commodo haud alienum mihi visum est, quia in Gellio, ut antea dictum est, inter-

pretando per ipsum hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ex parte aliqua [illegible].

Praeterea vero, ne [illegible] iis [illegible] [illegible], id me movit, quod editio mea [illegible] [illegible] caret, ut vel ii, qui [illegible] [illegible] gnari sunt, [illegible] maior ea, quam [illegible] spopondi, editio prodierit, [illegible] a me [illegible] fides ac pretium iis tantummodo locis possint [illegible], quibus Gronoviorum potissimum opera [illegible] [illegible] scriptura passim patefacta est: per reliquas enim operis partes, ut ipsius Klotzii (l. c. p. 17) verbis utar, usque adhuc librorum scripturae mihi soli patent. Mea igitur refert, ut interim minori illi editioni a viris doctis fides habeatur[1], quae ne libello illo labefactaretur cavendum esse duxi: nam ut iterum (cf. de Plauti poetae nom. comm. p. 6) hoc eius viri dicto utar, qui academiae Lipsiensis decus quondam fuit primarium, Godofredum Hermanum dico[2]), 'permagnus numerus est illorum qui tam creduli sunt in pravis quam in rectis increduli'. 'Sed antequam de re,' ut Cotta ait Ciceronianus 'pauca de me'.

---

[1]) Accedit, quod egregie nuper inficetum viri alicuius docti adversus se impetum castigaturus exposuit Bernardus Windscheid, cuius eruditissimi atque integerrimi collegae discessum nos omnes lugemus ac numquam non lugebimus (die Actio. Abwehr gegen Dr. Th. Muther p. IV), quodque ipsis viri illustrissimi atque amicissimi verbis adscribere iuvat: 'Ich begreife, dass Jemand es für angemessen halten kann, auch einem derartigen Angriff lediglich Stillschweigen entgegenzusetzen, in dem Vertrauen, dass er sich in den Augen des Lesers selbst richten werde. Aber von der anderen Seite kann es auch Niemandem verargt werden, wenn er vorsichtiger zu Werke gehen und selbst für sich eintreten zu müssen glaubt. Nicht Jeder, zu dem der Vorwurf dringt, hat Neigung und Musse, das Gewicht desselben durch eigene Prüfung zu ermessen, und über Manchen hat der Gedanke Kraft, dass eine ohne Erwiederung hingenommene geringschätzige Behandlung denn doch wohl ihren Grund haben müsse. Wer aber für die Wissenschaft thätig ist, wie Jeder, der öffentlich wirkt, hat nicht bloss um seiner selbst willen die Verpflichtung, dafür zu sorgen, dass er dem Publikum gegenüber nicht in ungünstigerem Lichte erscheint, als er verdient. Der Erfolg seiner Wirksamkeit hängt nicht blos von dem Werthe seiner Leistungen ab, sondern auch von der guten oder üblen Meinung, die ihm entgegengebracht wird'.

[2]) Praef. ad Bionis et Moschi carm. p. III sq.

Vt igitur redeat, unde deflexit oratio, Gellii aliquando edendi consilium primum cepi anno huius saeculi quadragesimo, cum Noctibus Atticis uno tenore sedulo perlectis intellegerem, inde ab anno saeculi praeteriti sexto, quo Iacobi Gronovii editio prodiit, etiamsi permulti loci postea passim et illustrati et emendati essent, ad textum universum ex optimis artis criticae instrumentis constanti diligentia excussis instaurandum nihil fere virorum doctorum curis praestitum esse. Nam nec Paulus Daniel Longolius nec Ioannes Ludovicus Conradi nec Bipontini nec Tauchnitiensis denique editor hoc praestare voluerunt, Albertus vero Lion, qui duobus voluminibus Gottingae anno huius saeculi vicesimo quarto Gellium edidit, praeter apparatum priorum editorum studio collectum recentibus tantum ac futtilibus libris adiutus est iustaque methodo — nam et hoc et aliis technicorum vocabulis uti licebit — non minus caruit quam diligenti accuratione, ne de maioribus illis ingenii dotibus loquar, quibus nec me instructum esse et tum sciebam et hodie non ignoro. Maioris autem | moliminis p. 6
apparationes a viris eruditissimis Christiano Falstero, Abraha Gronovio, Andrea Guilelmo Cramero in Gellium recensendum perpoliendumque collatae quominus scopum propositum attingerent, eadem fortuna adversa impeditum est, quae quondam Lipsii, Scaligeri, Gifanii, Salmasii studia in Gellio posita perfici atque absolvi non passa erat [3]. Gellium igitur iterum iterumque pervestigo, librorum veterum notitiam simul undecumque sedulo conquiro, apparatus huius futuro editori examinandi brevem conspectum per occasionem censurae libelli Gloedeniani 'Auli Gellii, quae ad ius pertinent' inscripti in annal. crit. Berol. a. 1843 (II 473 sq.) propono, me ipsum negotium illud suscepturum esse promitto ac spondeo. Quominus vero statim ad hoc munus obeundum me accingerem, aliquamdiu eo impeditus sum, quod ex egregio Friderici Ritschelii meletematum Plautinorum specimine onomatolog. p. 7 (parerg.

[3]) cf. nunt. acad. Berol. menstr. a. 1847 p. 403 sq.; act. ant. Marb. a. 1850 p. 444; [ed. Berol. (h^b) II p. CXXIII sq.; CXXXII sqq.].

pretando per ipsum hoc scholarum curriculum studia vestra ex parte aliqua versabuntur.

Praeterea vero, ne incursioni isti silentium opponerem, id me movit, quod editio mea apparatu critico caret, ut v ii, qui harum rerum gnari sunt, donec maior ea, quam dudu spopondi, editio prodierit, lectionum a me receptarum font ac pretium iis tantummodo locis possint diiudicare, quib Gronoviorum potissimum opera librorum optimorum script passim patefacta est: per reliquas enim operis partes, ut ip Klotzii (l. c. p. 17) verbis utar, usque adhuc librorum scriptu mihi soli patent. Mea igitur refert, ut interim minori editioni a viris doctis fides habeatur[1]), quae ne libello labefactaretur cavendum esse duxi; nam ut iterum (cf. Plauti poetae nom. comm. p. 6) hoc eius viri dicto utar, academiae Lipsiensis decus quondam fuit primarium, (fredum Hermanum dico[2]), 'permagnus numerus est ii qui tam creduli sunt in pravis quam in rectis increduli'. antequam de re,' ut Cotta ait Ciceronianus 'pauca de 1.

---

[1]) Accedit, quod egregie nuper inficetum viri alicuius docti se impetum castigaturus exposuit Bernardus Windscheid, cuius eru atque integerrimi collegae discessum nos omnes lugemus ac non lugebimus (die Actio. Abwehr gegen Dr. Th. Muther p. IV ipsis viri illustrissimi atque amicissimi verbis adscribere iuvat greife, dass Jemand es für angemessen halten kann, auch ein artigen Angriff lediglich Stillschweigen entgegenzusetzen, im trauen, dass er sich in den Augen des Lesers selbst rich Aber von der anderen Seite kann es auch Niemandem ver wenn er vorsichtiger zu Werke gehen und selbst für sich müssen glaubt. Nicht Jeder, zu dem der Vorwurf dringt, und Musse, das Gewicht desselben durch eigene Prüfung und über Manchen hat der Gedanke Kraft, das hingenommene geringschätzige Behandlung haben müsse. Wer aber für die Wissens öffentlich wirkt, hat nicht bloss um sein dafür zu sorgen, dass er dem Public Lichte erscheint, als er verdient nicht blos von dem Werth guten oder üblen Meinung

[2]) Praef. ad Bion



icae
eatis
s vero
nuneris
, Noctes
ntur dis
phil. vol
icae libell
altera
rtinebat.
t, ut videati
nas quaestion
raestiterit.
um a P. Nigid
et bibosum
reperiri nisi
oc ita utatur:
sa, non procax
ingulorum verbo
ibi sive describ
cui non 'descend
Laberius usus est
ed. Ribbeckius p.
ae putres equina
sit 'saeculo' nec
s gerat 'litium et
phil. et paed. sup
sive virgines mamm
nimiam quasi titillatio
one — sensibus

hardii hist. litt. Rom.
tzii causa addo.

Plaut. Terentianorumque I 14) certior factus eram, bibliothecarum Romanarum codices Gellianos ab Alberto Dresselio excussos esse. Metuebam enim, ne, dum in apparatu colligendo versarer, sive ipse Dresselius sive alius quidam copiis eius usus Gellium emendaret forasque daret. Post longinquas negotiationes, ut verbum ex iure publico hodierno petitum ad pusillas res meas adhibeam, saepius nec mea nec praestantissimorum internuntiorum Guilelmi Giesebrechtii et Guilelmi Henzenii culpa intermissas, res eo tandem pervenit, ut Carolus Badham, cui interim Dresselius apparatum suum Gellianum vendiderat, schedas has mihi revenderet adiuto liberalitate Eichhornii, viri excellentissimi, qui tum rebus regni Borussici scholasticis praeerat, intercedente imprimis viro perillustri Ioanne Schulzio, quem laudibus efferre nolo, grato animo prosequi numquam desinam. His thesauris tandem aliquando acceptis ac perlustratis reliqua quidem in scriniis retinui, codicis vero palimpsesti Palatini, qui ad libros quattuor primores pertinet, accuratiorem notitiam secundum collationem a Dresselio diligenter confectam hominibus doctis haud ingratam fore ratus, lectiones libri huius et vetustissimi et praestantissimi actis antiquitatis Marburgensibus inserendas curavi, ubi mense Augusto a. 1846 (p. 693 sqq.) typis expressae sunt.

Ipse vero interea patria m. Oct. anni praecedentis relicta praeter alia studia codicibus praesertim Gellianis investigandis, examinandis, conferendis intentus, libros optimos Lugduni Batavorum, Lutetiae Parisiorum, Bernae servatos excusseram. Romam dein profectus mox vidi, reliquas collationes Dresselianas praeter Palatinum, cuius iterata lectione pauca tantum accuratius quam a Dresselio factum erat eruere licuit, non satis subtili diligentia confectas esse, ut studia mea Vaticana, quae alio convertere me posse speraveram, in libris apparatus illius melioribus iterum religiose excutiendis maxime subsistere deberent. Praestantissimis his et ditissimis ad noctes Atticas recensendas copiis instructus autumno anni 1847 Berolinum redii. Ibi pridie Non. Nov. eiusdem anni auctore atque interprete clarissimo Augusto Meinekio ad academiam regiam

de itineris mei consilio, ratione, proventu relatum est, eaque commentatio, Gellianorum prae ceteris studiorum continens ex|positionem, nuntiis eius academiae menstruis (a. 1847 p. 7
p. 403 sqq.) inserta legitur, ut eo lectores editionis meae (praef. tom. I p. IV), si qui de codicibus a me in usum vocatis accuratius edoceri vellent, ablegare potuerim [4]). Proximis vero post reditum annis cum paene totus in eo essem, ut muneris academici tum suscepti officiis studerem satisfacere, Noctes Atticas tamen numquam e manibus dimisi, quod testantur disputatiunculae de locis quibusdam Gellianis museo phil. vol. VI p. 634 sq. a. 1848 et excursionis philologico-clinicae libello p. 12 sq. et p. 39 sq. a. 1849 insertae, quarum altera ad locum aliquem a Reinholdo Klotzio temptatum pertinebat. De hoc vero loco hic quoque paucis admonere iuvat, ut videatis, quid quaestionum Gellianarum auctor ante ipsas has quaestiones ad Noctium Atticarum tenebras illustrandas praestiterit.

Legitur ibi lib. III cap. 12 bibendi avidum a P. Nigidio Figulo in commentariis grammaticis bibacem et bibosum dici, bibosum tamen nusquam praeterea dictum reperiri nisi apud Laberium, qui in mimo Salinatore verbo hoc ita utatur:

Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax.

Quem versum qui ita examinarit, ut singulorum verborum rationem habuerit, non dubitabit, quin ibi sive describatur sive poscatur muliercula lepida ac faceta, cui non 'descendant' — hoc enim de mammis vocabulo ipse Laberius usus est cf. Gell. VI (VII) 9, 18; com. Lat. rell. ed. Ribbeckius p. 240 [p. 282[2]], Laberii v. 19 sq. — 'mammae putres equina quales ubera' quaeque nec 'longo putida' sit 'saeculo' nec 'potis faece tenus cadis' gaudeat nec animos gerat 'litium et rixae cupidos protervae'. At Klotzius (ann. phil. et paed. supplem. XIV 480), quo iudice sive mulieres sive virgines mammosae, bibosae, procaces non taedium, sed nimiam quasi titillationem — Epicuri verbo utor cum Cicerone — sensibus videntur

[4]) Eiusdem comm. notitiam ex Bernhardii hist. litt. Rom. p. 667 ed. alt., p. 767 ed. tert. hauriri potuisse Klotzii causa addo.

adhibere, id ipsum tamen, quod post haec fere mireris, vetulae ‘maturo propiori funeri’ non concedit indeque ‘annosa’ in ‘anosa’ mutavit, qua coniectura nihil fere nisi id probavit, vel ampli lexici Latini conditori vocabulorum, quae haud raro apud veteres scriptores leguntur, significationem obscuram esse posse. Neque enim eo causa eius facta est melior, quod frigidis iocis patrocinium eius suscepit Alschefskius (eodem l. XV 496 sq.); rectissime enim ipso vocabuli ‘mammosa’ inclinamento[5]) in usum vocato docuit Carolus Nauckius (ibid. p. 620), a Laberio h. l. non significari ‘mammarum ubera quasi quosdam venustiores naevulos . . . ornandi pectoris causa’ feminis a natura data (Gell. XII 1, 7), sed mammas illas ‘putres’ Horatianas, anosam vero, etiamsi perversam illam de toto h. l. Klotzii sententiam velis adoptare, non καλλίπυγον fore, sed εὐρύπρωκτον; de voc. ‘mammosa’ autem res conficitur versu Lucretiano IV 1168 (1160), dummodo totius ibi loci sententiae nexusque ratio habeatur:

At Lamia (gemina, tumida al.) et mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho

p. 8 et Martialis epigrammate lib. XIV 149, ubi |

Mammosas — amictorium inquit — metuo; tenerae me trade puellae,
Vt possint niveo pectore lina frui*).

Neque aliter atque et a Nauckio et a me factum erat locum Laberianum intellegi posse iudicavit reliquiarum comoediae Latinae editor sagacissimus atque eruditissimus Otto Ribbeckius, qui ad ipsum illud versus huius vocabulum ‘annosa’ haec adnotasse satis habuit: ‘cf. M. Hertz exped. philol. clin. p. 13’[6]).

---

5) v. Nigidium ap. Gell. III 9, 2 adhibitis limitibus a Gellio ibid. § 12 sqq. indicatis coll. Kruegero gramm. Lat. § 265 c) 1 p. 339.

*) [Add. eundem II 52 coll. etiam I 100, ne Fortunam quoque Mammosam et HIordanum myth. R. Prell.[3] II p. 187 de ea disputantem afferam.]

6) Ipse Klotzius, ut iam nunc video, frivolam illam coniecturam postea tacite abiecit, id quod manifesto docet lexicon eius linguae Latinae manuale s. v. mammosa. Nam quod adiectivum ‘annosus’ in priore parte

Equidem annis proxime sequentibus studia haec mea ita cum docendi munere coniunxi, ut sicuti antea ICti, Cramerus et Osenbrueggenius Kiliae, Kellerus Turici, Gloedenius Rostochii, Atticas Noctes commilitonibus scholis suis exposuerant, sic et ipse aestate a. 1850 philologis et iureconsultis Gellii capita selecta enarrarem similemque quendam delectum anno insequenti, cum post funestum Caroli Lachmanni obitum vices eius mihi demandarentur, seminarii philologici Berolinensis sodalibus interpretandum proponerem; nam tam lucidam studiorum, stili, gustus saeculi p. C. n. alterius imaginem praebent hae Noctes, tot variae eruditionis argumenta, tot veterum scriptorum reliquias continent, tot difficultates et interpreti et critico obiciunt, ut mihi maxime quidem idoneae dudum visae sint[7]) hodieque videantur, quae per scholas academicas commilitonibus vel ab ipsis magistris exponantur vel interpretandae proponantur. Quo accedebat, quod ipsa nova emendationis instrumenta cum seminarii sodalibus communicare poteram, quorum studia ipsa hac praestantissimorum subsidiorum novitate augeri atque acui mihi videbantur. Et haec septennio interim praeterlapso me permoverunt, ut iam vobis, commilitones, iterum libros illos enarrandos et emendandos traderem, qua in re spero exspectationem meam a vobis haud destitutum iri.

Ipso illo quo cum sodalibus Berolinensibus Gellium legebam tempore B. G. Teubnerus, bibliopola honestissimus, me invitavit, ut Noctium Atticarum editionem bibliothecae veterum scriptorum ab ipso iterum edi coeptae insererem. Prodiit editio illa anno 1853 praeter succinctam praefationem, quae

---

non apparet, id ideo factum est, quod illud quidem a. d. VI Id. Oct. a. MDCCCXLVIII a Klotzio inventum est, primores vero lexici fasciculi a. praecedente emissi sunt. At s. v. mammosa Laberianus hic versus non tantum sic laudatur: 'non mammosa, non annosa' etc., sed etiam et Martialis epigramma supra l. affertur et duo loci Arnobiani (adv. nat. III 10; VI 25), quos equidem non commemoravi, quia ad locum Lucretianum a Klotzio omissum sese applicant.

[7]) cf. ann. crit. Berol. 1843 II, 474 sq.

est. Praeterea tamen ad gravissimum hoc munus suscipiendum operum eius scriptoris fata per vestigia saepe tenuissima persequenda sunt, ut uno obtutu quas vices subierint, quid veterum recentiorumque studia in iis effecerint perspiciamus indeque dignoscamus, quid operae futurae sit relictum; ad historiam igitur hanc, quae vocari solet, criticam concinnandam quaeremus, quis veterum scriptorem hunc legerit, quis verba eius attulerit, excerpserit, illustrarit, emendarit, num disciplinae scholasticae libri eius inservierint, quomodo per medium aevum conservati ac propagati sint, quinam eorum codices manuscripti
p. 4 exstiterint | hodieque exstent. Quod ubi compertum habemus, tum explorandum est, quibus libris viri docti eousque usi sint quoque accurationis gradu libri illi exhausti esse videantur, quae eorundem sit origo, stirps, cognatio, quod pretium et universo huic apparatui critico et singulis libris statuendum sit; quibus rite perspectis iam videndum est, quid recentiores sive editionibus sive commentationibus praestiterint, ne vel 'nubes et inania' captemus vel acta agamus.

Haec igitur industrie exploraverimus ac dilucide perspexerimus oportet, antequam ipsas critici partes cum in singulis locis tum in universis operibus recensendis emendandisve agere audeamus. At haec si studiorum ad sanae severaeque artis leges conformatorum assiduitate licet praestare, casu plerumque fit et fortuna, ut aut emendationis instrumenta eousque vel omnino ignota vel in bibliothecis delitiscentia detegamus vel ut iis subsidiis, quae etsi nota, ad emendationem tamen aut omnino non aut sive non plene sive non recte adhibita sunt, uti nobis liceat. Apparatu vero hoc sive alienis studiis tradito sive nostris aucto ita utendum est, ut aut eam formam textus, qui dicitur, inde eliciamus, quae ab ipso scriptore profecta est, aut certe, si ob fatorum quae opera illa subierunt iniquitatem eo procedere non datur, vetustissimam, quam redintegrare licet, recensionem fideliter instauremus et pro viribus emendemus.

Quae omnia quamquam non ea qua ipse optarim perfectione in Auli Gellii Noctium Atticarum libris ante hos

quinque annos Lipsiae sumptibus et typis B. G. Teubneri a me editis absoluta sunt, id tamen probe scio, ad hanc operam me neque immaturum neque imparatum accessisse. Cuius rei equidem mentionem non facerem, nisi nuper exstitisset quidam grammaticus haud incelebri nomine Lipsiae docens, Reinholdus Klotzius, qui in commentatione quadam academica quaestionum Gellianarum titulo inscripta, postquam ‘amice et libere’ sententiam suam se mihi aperturum esse pollicitus est, sub specie fucatae laudis operam in Gellio recensendo a me positam conatus est evertere. Me enim certe iudice quisquis solum ‘dulciorelocum’ istum eundemque ‘subductisupercilicarptorem’ disserentem audierit, nisi ipse harum rerum aliquantulum sit peritus, inconsultum ac temerarium haud pauca me admisisse putabit, quae aut ab usu Gelliano aut a linguae Latinae legibus aut ab ipsius denique sensus communis praeceptis abhorreant.

Id quod nemini praeter me ipsum magis lugubre accideret, commilitones, quam iis vestrum, qui per hos menses aestivos seminarii philologici exercitationibus aderunt, quibus selecta Noctium Atticarum capita, quae ad ius et antiquitates Romanas pertinent, coniunctis studiis interpretaturi sumus. Sed vix vereor, ne nimiam vos, qui ipsa arte aliquatenus imbuti estis, fidem adiungatis commentationis illius Klotzianae sententiis quamvis plerumque satis confidenter prolatis. Nam viri illius de rebus criticis decreta saepe fallacia esse nisi aliunde didicistis, ex praeclaris illis commentationibus cognoscere potuistis, proximis duobus scholarum in hac academia habendarum indicibus praemissis ab illustrissimo collega, qui hoc munere per triginta fere annos summa cum laude ita functus est, ut cunctabundus tantum et fere pavidus provinciam ab eo tam praeclare administratam, cum is aliis iisque gravioribus negotiis distineretur, mihi demandari passus | sim. Occasione p. 5
vero hac praefandi oblata ad Gellium adversus critica Klotzii conamina vindicandum uti vel a vestro commodo haud alienum mihi visum est, quia in Gellio, ut antea dictum est, inter-

pretando per ipsum hoc scholarum curriculum studia vestra ex parte aliqua versabuntur.

Praeterea vero, ne incursioni isti silentium opponerem, id me movit, quod editio mea apparatu critico caret, ut vel ii, qui harum rerum gnari sunt, donec maior ea, quam dudum spopondi, editio prodierit, lectionum a me receptarum fontes ac pretium iis tantummodo locis possint diiudicare, quibus Gronoviorum potissimum opera librorum optimorum scriptura passim patefacta est: per reliquas enim operis partes, ut ipsius Klotzii (l. c. p. 17) verbis utar, usque adhuc librorum scripturae mihi soli patent. Mea igitur refert, ut interim minori illi editioni a viris doctis fides habeatur[1]), quae ne libello illo labefactaretur cavendum esse duxi; nam ut iterum (cf. de Plauti poetae nom. comm. p. 6) hoc eius viri dicto utar, qui academiae Lipsiensis decus quondam fuit primarium, Godofredum Hermanum dico[2]), 'permagnus numerus est illorum qui tam creduli sunt in pravis quam in rectis increduli'. 'Sed antequam de re,' ut Cotta ait Ciceronianus 'pauca de me'.

[1]) Accedit, quod egregie nuper inficetum viri alicuius docti adversus se impetum castigaturus exposuit Bernardus Windscheid, cuius eruditissimi atque integerrimi collegae discessum nos omnes lugemus ac numquam non lugebimus (die Actio. Abwehr gegen Dr. Th. Muther p. IV), quodque ipsis viri illustrissimi atque amicissimi verbis adscribere iuvat: 'Ich begreife, dass Jemand es für angemessen halten kann, auch einem derartigen Angriff lediglich Stillschweigen entgegenzusetzen, in dem Vertrauen, dass er sich in den Augen des Lesers selbst richten werde. Aber von der anderen Seite kann es auch Niemandem verargt werden, wenn er vorsichtiger zu Werke gehen und selbst für sich eintreten zu müssen glaubt. Nicht Jeder, zu dem der Vorwurf dringt, hat Neigung und Musse, das Gewicht desselben durch eigene Prüfung zu ermessen, und über Manchen hat der Gedanke Kraft, dass eine ohne Erwiederung hingenommene geringschätzige Behandlung denn doch wohl ihren Grund haben müsse. Wer aber für die Wissenschaft thätig ist, wie Jeder, der öffentlich wirkt, hat nicht bloss um seiner selbst willen die Verpflichtung, dafür zu sorgen, dass er dem Publikum gegenüber nicht in ungünstigerem Lichte erscheint, als er verdient. Der Erfolg seiner Wirksamkeit hängt nicht blos von dem Werthe seiner Leistungen ab, sondern auch von der guten oder üblen Meinung, die ihm entgegengebracht wird'.

[2]) Praef. ad Bionis et Moschi carm. p. III sq.

Vt igitur redeat, unde deflexit oratio, Gellii aliquando edendi consilium primum cepi anno huius saeculi quadragesimo, cum Noctibus Atticis uno tenore sedulo perlectis intellegerem, inde ab anno saeculi praeteriti sexto, quo Iacobi Gronovii editio prodiit, etiamsi permulti loci postea passim et illustrati et emendati essent, ad textum universum ex optimis artis criticae instrumentis constanti diligentia excussis instaurandum nihil fere virorum doctorum curis praestitum esse. Nam nec Paulus Daniel Longolius nec Ioannes Ludovicus Conradi nec Bipontini nec Tauchnitiensis denique editor hoc praestare voluerunt, Albertus vero Lion, qui duobus voluminibus Gottingae anno huius saeculi vicesimo quarto Gellium edidit, praeter apparatum priorum editorum studio collectum recentibus tantum ac futtilibus libris adiutus est iustaque methodo — nam et hoc et aliis technicorum vocabulis uti licebit — non minus caruit quam diligenti accuratione, ne de maioribus illis ingenii dotibus loquar, quibus nec me instructum esse et tum sciebam et hodie non ignoro. Maioris autem | moliminis p. 6
apparationes a viris eruditissimis Christiano Falstero, Abraha Gronovio, Andrea Guilelmo Cramero in Gellium recensendum perpoliendumque collatae quominus scopum propositum attingerent, eadem fortuna adversa impeditum est, quae quondam Lipsii, Scaligeri, Gifanii, Salmasii studia in Gellio posita perfici atque absolvi non passa erat [3]). Gellium igitur iterum iterumque pervestigo, librorum veterum notitiam simul undecumque sedulo conquiro, apparatus huius futuro editori examinandi brevem conspectum per occasionem censurae libelli Gloedeniani 'Auli Gellii, quae ad ius pertinent' inscripti in annal. crit. Berol. a. 1843 (II 473 sq.) propono, me ipsum negotium illud suscepturum esse promitto ac spondeo. Quominus vero statim ad hoc munus obeundum me accingerem, aliquamdiu eo impeditus sum, quod ex egregio Friderici Ritschelii meletematum Plautinorum specimine onomatolog. p. 7 (parerg.

---

3) cf. nunt. acad. Berol. menstr. a. 1847 p. 403 sq.; act. ant. Marb. a. 1850 p. 444; [ed. Berol. (h^b) II p. CXXIII sq.; CXXXII sqq.].

Plaut. Terentianorumque I 14) certior factus eram, bibliothecarum Romanarum codices Gellianos ab Alberto Dresselio excussos esse. Metuebam enim, ne, dum in apparatu colligendo versarer, sive ipse Dresselius sive alius quidam copiis eius usus Gellium emendaret forasque daret. Post longinquas negotiationes, ut verbum ex iure publico hodierno petitum ad pusillas res meas adhibeam, saepius nec mea nec praestantissimorum internuntiorum Guilelmi Giesebrechtii et Guilelmi Henzenii culpa intermissas, res eo tandem pervenit, ut Carolus Badham, cui interim Dresselius apparatum suum Gellianum vendiderat, schedas has mihi revenderet adiuto liberalitate Eichhornii, viri excellentissimi, qui tum rebus regni Borussici scholasticis praeerat, intercedente imprimis viro perillustri Ioanne Schulzio, quem laudibus efferre nolo, grato animo prosequi numquam desinam. His thesauris tandem aliquando acceptis ac perlustratis reliqua quidem in scriniis retinui, codicis vero palimpsesti Palatini, qui ad libros quattuor primores pertinet, accuratiorem notitiam secundum collationem a Dresselio diligenter confectam hominibus doctis haud ingratam fore ratus, lectiones libri huius et vetustissimi et praestantissimi actis antiquitatis Marburgensibus inserendas curavi, ubi mense Augusto a. 1846 (p. 693 sqq.) typis expressae sunt.

Ipse vero interea patria m. Oct. anni praecedentis relicta praeter alia studia codicibus praesertim Gellianis investigandis, examinandis, conferendis intentus, libros optimos Lugduni Batavorum, Lutetiae Parisiorum, Bernae servatos excusseram. Romam dein profectus mox vidi, reliquas collationes Dresselianas praeter Palatinum, cuius iterata lectione pauca tantum accuratius quam a Dresselio factum erat eruere licuit, non satis subtili diligentia confectas esse, ut studia mea Vaticana, quae alio convertere me posse speraveram, in libris apparatus illius melioribus iterum religiose excutiendis maxime subsistere deberent. Praestantissimis his et ditissimis ad noctes Atticas recensendas copiis instructus autumno anni 1847 Berolinum redii. Ibi pridie Non. Nov. eiusdem anni auctore atque interprete clarissimo Augusto Meinekio ad academiam regiam

de itineris mei consilio, ratione, proventu relatum est, eaque commentatio, Gellianorum prae ceteris studiorum continens ex|positionem, nuntiis eius academiae menstruis (a. 1847 p. 7
p. 403 sqq.) inserta legitur, ut eo lectores editionis meae (praef. tom. I p. IV), si qui de codicibus a me in usum vocatis accuratius edoceri vellent, ablegare potuerim[4]. Proximis vero post reditum annis cum paene totus in eo essem, ut muneris academici tum suscepti officiis studerem satisfacere, Noctes Atticas tamen numquam e manibus dimisi, quod testantur disputatiunculae de locis quibusdam Gellianis museo phil. vol. VI p. 634 sq. a. 1848 et excursionis philologico-clinicae libello p. 12 sq. et p. 39 sq. a. 1849 insertae, quarum altera ad locum aliquem a Reinholdo Klotzio temptatum pertinebat. De hoc vero loco hic quoque paucis admonere iuvat, ut videatis, quid quaestionum Gellianarum auctor ante ipsas has quaestiones ad Noctium Atticarum tenebras illustrandas praestiterit.

Legitur ibi lib. III cap. 12 bibendi avidum a P. Nigidio Figulo in commentariis grammaticis bibacem et bibosum dici, bibosum tamen nusquam praeterea dictum reperiri nisi apud Laberium, qui in mimo Salinatore verbo hoc ita utatur:

Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax.

Quem versum qui ita examinarit, ut singulorum verborum rationem habuerit, non dubitabit, quin ibi sive describatur sive poscatur muliercula lepida ac faceta, cui non 'descendant' — hoc enim de mammis vocabulo ipse Laberius usus est cf. Gell. VI (VII) 9, 18; com. Lat. rell. ed. Ribbeckius p. 240 [p. 282[2]], Laberii v. 19 sq. — 'mammae putres equina quales ubera' quaeque nec 'longo putida' sit 'saeculo' nec 'potis faece tenus cadis' gaudeat nec animos gerat 'litium et rixae cupidos protervae'. At Klotzius (ann. phil. et paed. supplem. XIV 480), quo iudice sive mulieres sive virgines mammosae, bibosae, procaces non taedium, sed nimiam quasi titillationem — Epicuri verbo utor cum Cicerone — sensibus videntur

[4]) Eiusdem comm. notitiam ex Bernhardii hist. litt. Rom. p. 667 ed. alt., p. 767 ed. tert. hauriri potuisse Klotzii causa addo.

adhibere, id ipsum tamen, quod post haec fere mireris, vetulae ‘maturo propiori funeri’ non concedit indeque ‘annosa’ in ‘anosa’ mutavit, qua coniectura nihil fere nisi id probavit, vel ampli lexici Latini conditori vocabulorum, quae haud raro apud veteres scriptores leguntur, significationem obscuram esse posse. Neque enim eo causa eius facta est melior, quod frigidis iocis patrocinium eius suscepit Alschefskius (eodem l. XV 496 sq.); rectissime enim ipso vocabuli ‘mammosa’ inclinamento[5]) in usum vocato docuit Carolus Nauckius (ibid. p. 620), a Laberio h. l. non significari ‘mammarum ubera quasi quosdam venustiores naevulos . . . ornandi pectoris causa’ feminis a natura data (Gell. XII 1, 7), sed mammas illas ‘putres’ Horatianas, anosam vero, etiamsi perversam illam de toto h. l. Klotzii sententiam velis adoptare, non καλλίπυγον fore, sed εὐρύπρωκτον; de voc. ‘mammosa’ autem res conficitur versu Lucretiano IV 1168 (1160), dummodo totius ibi loci sententiae nexusque ratio habeatur:

At Lamia (gemina, tumida al.) et mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho

p. 8 et Martialis epigrammate lib. XIV 149, ubi |

Mammosas — amictorium inquit — metuo; tenerae me trade puellae,
Vt possint niveo pectore lina frui*) .

Neque aliter atque et a Nauckio et a me factum erat locum Laberianum intellegi posse iudicavit reliquiarum comoediae Latinae editor sagacissimus atque eruditissimus Otto Ribbeckius, qui ad ipsum illud versus huius vocabulum ‘annosa’ haec adnotasse satis habuit: ‘cf. M. Hertz exped. philol. clin. p. 13’[6]).

[5]) v. Nigidium ap. Gell. III 9, 2 adhibitis limitibus a Gellio ibid. § 12 sqq. indicatis coll. Kruegero gramm. Lat. § 265 c) 1 p. 339.

*) [Add. eundem II 52 coll. etiam I 100, ne Fortunam quoque Mammosam et HIordanum myth. R. Prell.^{3} II p. 187 de ea disputantem afferam.]

[6]) Ipse Klotzius, ut iam nunc video, frivolam illam coniecturam postea tacite abiecit, id quod manifesto docet lexicon eius linguae Latinae manuale s. v. mammosa. Nam quod adiectivum ‘annosus’ in priore parte

Equidem annis proxime sequentibus studia haec mea ita cum docendi munere coniunxi, ut sicuti antea ICti, Cramerus et Osenbrueggenius Kiliae, Kellerus Turici, Gloedenius Rostochii, Atticas Noctes commilitonibus scholis suis exposuerant, sic et ipse aestate a. 1850 philologis et iureconsultis Gellii capita selecta enarrarem similemque quendam delectum anno insequenti, cum post funestum Caroli Lachmanni obitum vices eius mihi demandarentur, seminarii philologici Berolinensis sodalibus interpretandum proponerem; nam tam lucidam studiorum, stili, gustus saeculi p. C. n. alterius imaginem praebent hae Noctes, tot variae eruditionis argumenta, tot veterum scriptorum reliquias continent, tot difficultates et interpreti et critico obiciunt, ut mihi maxime quidem idoneae dudum visae sint[7]) hodieque videantur, quae per scholas academicas commilitonibus vel ab ipsis magistris exponantur vel interpretandae proponantur. Quo accedebat, quod ipsa nova emendationis instrumenta cum seminarii sodalibus communicare poteram, quorum studia ipsa hac praestantissimorum subsidiorum novitate augeri atque acui mihi videbantur. Et haec septennio interim praeterlapso me permoverunt, ut iam vobis, commilitones, iterum libros illos enarrandos et emendandos traderem, qua in re spero exspectationem meam a vobis haud destitutum iri.

Ipso illo quo cum sodalibus Berolinensibus Gellium legebam tempore B. G. Teubnerus, bibliopola honestissimus, me invitavit, ut Noctium Atticarum editionem bibliothecae veterum scriptorum ab ipso iterum edi coeptae insererem. Prodiit editio illa anno 1853 praeter succinctam praefationem, quae

---

non apparet, id ideo factum est, quod illud quidem a. d. VI Id. Oct. a. MDCCCXLVIII a Klotzio inventum est, primores vero lexici fasciculi a. praecedente emissi sunt. At s. v. mammosa Laberianus hic versus non tantum sic laudatur: 'non mammosa, non annosa' etc., sed etiam et Martialis epigramma supra l. affertur et duo loci Arnobiani (adv. nat. III 10; VI 25), quos equidem non commemoravi, quia ad locum Lucretianum a Klotzio omissum sese applicant.

[7]) cf. ann. crit. Berol. 1843 II, 474 sq.

cum brevem librorum notitiam praebet tum instituti mei rationes exponit, et praeter indices necessarios nulla continens additamenta nisi varietatem lectionis Gronovianae a. 1706 ita adornatam, ut quid secundum libros veteres, quid ex virorum doctorum meisve coniecturis immutassem, facile posset perspici. Verba ipsa scriptoris in hac editione ad optimorum librorum religiose collatorum fidem recensui: id unum praestare volui atque aliqua certe ex parte secundum hominum doctissimorum sententiam praestiti. Cuius rei vel censuras actis publicis insertas vel epistulas virorum illustrissimorum privatim ad me datas testes citare id et hoc loco et mea persona indignum |
p. 9 iisque remittendum esse arbitratus sum, qui his ac talibus rebus fallacem plerumque atque inanem gloriolam captant.

Ego vero, ne aliam ob causam in arrogantiae crimen incidam, quod tam diu de me locutus sum, id unum addo, commilitones, me haec, quorum succincta mentione opus videbatur, ut assidua haec studiorum per octodecim fere annos continuatorum series tumultuariae ac subitariae opellae Klotzianae opponeretur, paulo fusius exposuisse, ut videretis, Ciceronianum illud 'in omnibus autem negotiis, priusquam adgrediare, adhibenda est praeparatio diligens' ad nullum negotiorum genus magis adhibendum esse quam ad id, quod in ipsis his litteris colendis versatur. Praeterea id inde perspectum habebitis, neminem de editionis meae lectionibus plene iudicare posse nisi qui sive ipse eadem fere studia absolverit sive ea quae de fundamentis emendationis Gellianae a me disputata sunt pervestigarit, de primi vero libri scriptura iustum iudicium ab eo demum exercitum iri, qui palimpsesti Palatini satis magnam ipsius huius libri partem continentis (v. modo praef. ed. I p. IV) lectiones a me propositas examinaverit. At omnibus his, quamvis ipsa illa praefatiuncula satis admonitus, secure supersedit quaestionum Gellianarum auctor, ipsi scilicet huic meae editioni solique primi libri scripturae emendandae intentus[8]), sicut nuper, cum lectiones,

---

[8]) Semel (p. 17) cod. rescripti lectionem inspexit ex Aug. Maii ad Cic. de rep. III 21 (ed. alt. class. auct. I 270 sq.) adnotatione petitam.

quas in libris de Natura Deorum Ciceronianis edendis secutus est Schoemannus v. ill., recensendas sibi sumeret, commentationes academicas eiusdem Schoemanni quattuor, quae ad ipsam illam editionem illustrandam ac muniendam pertinent, non legit vir, ut ea, qua de me loqui solet ratione, semel de eo loquar, diligentissimus vel, si mavult, diligentissumus cf. Schoemanni ind. lect. aest. a. praeteriti p. 4. Quod si ibidem p. 3 sq. collega praeclarissimus queritur, quod plerisque locis, ubi ipsum nominet Klotzius, Nobbium potius nominare debuerit, cuius editionis exemplum aliquot locis a se emendatum typographo describendum dederit, hoc ipsum ita mihi quoque accidit, ut mihi soli quaestionum Gellianarum auctor eas lectiones tribueret, quae aut ab omnibus aut a nonnullis certe priorum editionum auctoribus receptae essent aut eorundem aliorumve virorum doctorum coniecturis niterentur. Quamquam equidem hanc indiligentiam vel, ut ita dicam, incuriositatem haud aeque gravari queo atque Schoemannus, qui nimis modeste critici correctoris laudem aspernatur: nam cum collega eruditissimus interpretis potissimum partibus egregie, ut assolet, functus sit, me id unum editione mea quaesivisse professus sum, ut verba auctoris recenserem et quadamtenus emendarem; quare si quis lectionum a me receptarum me unum nominet auctorem, iniuriam certe mihi non faciet. Dolere igitur tantummodo possum, non queri, quod Klotzius, dum me solum vituperat, mihi subtraxit dulce illud miserorum solamen, ‘socios habuisse malorum’, — doleo vero hoc eo magis, quod inter hos socios plus semel nominandus ei fuisset Ioannes Fridericus Gronovius.

Quod porro ad ipsa emendationis fundamenta attinet, ne suspicari quidem Klotzius videtur, quibus commentariorum Gellianorum libris mss. editor artis non prorsus imperitus | uti debeat, quamquam iam ab eodem Ioanne Friderico Gro- p. 10
novio intellectum et pronuntiatum erat, librorum septem primorum codices principes unos esse Regium Parisinum (*P*) et Rottendorffianum (*R*), qui nunc, ut luculenter potest demonstrari, in bibliotheca academiae Lugduno-Batavae publica

asservatur et a Iacobo Geelio, viro illustrissimo atque humanissimo, numero 448 (cod. Gron. Q. 21) signatus enumeratur in catalogo librorum mss., qui inde ab a. MDCCXXXXI bibliothecae Lugduno-Batavae accesserunt [9]). Duobus hisce libris nunc accedit tertius, olim haud quidem prorsus incognitus [10]), Vaticanus 3452 (*V*), cuius memoriam ad libros illos et inter se et cum ipso proxime cognatos accedere debere ex copiis Dresselianis perspexit criticus sagacissimus, Fridericus Ritschelius [11]). Qui tres codices unius eiusdemque veteris exemplaris nunc deperditi, de quo accuratius olim exponendum erit, repraesentant memoriam per septem hos libros eorum ope accurate instaurandam iis tantum locis exceptis, quibus servatum est alterum venerandae vetustatis exemplar, cod. rescriptus Palatinus n. 24 (*A*), quod, ut postea videbimus, altero illo passim fuit plenius, Graeca tamen ab illo adscripta lacunis relictis omisit. Huius codicis scripturae tantam habendam esse duxi religionem, ut ubiubi antiquissimus hic lectionis Gellianae testis servatus esset, eum potissimum sectarer. Duobus igitur fontibus diligenter explorandis per hanc priorem Noctium Atticarum partem omnis fere nititur crisis Gelliana. Quibus qui praeterea accedant libri partim manci, partim interpolati, iique et ipsi diversi pretii, fusius exponere ab hoc loco alienum est; de singulis quibusdam, ubiubi opus fuerit, data occasione quaedam addentur. Ab eo vero quam in recensendis his libris secutus sum ratione id incommodum non omnino abesse potuisse fateor, ut per aliquot librorum quattuor primorum, praesertim ipsius libri primi, locos recensio Palatina alteri illi passim immisceretur; sed haec est harum litterarum natura, ut ubivis fere non nisi mancae et lacerae

---

9) Ipse Geelius l. l. p. 137 'Non satis quidem apparet' inquit 'hunc librum contulisse Gronovium, sed verisimile est' —, at liber hic Gronovianus non tantum continet lectiones libri Rottendorffiani a Gronovio excerptas, sed ipso Bernh. Rottendorfii nomine insignitus est.

10) v. modo Iac. Gronovii ad Passioneum ep. editioni suae praemissam p. XVIII ed. Conrad.

11) v. parerg. Plaut. Terentianorumque I 13.

traditionis vestigiis insistere possimus, quorum pretiosissimam partem neglegere, quod non ubivis adesset, id nec equidem licere mihi credidi nec, ut illustri me tuear exemplo, in Plauti, quarum condicio simillima est, fabulis recensendis admisit Fridericus Ritschelius. Atque eadem hac via processerunt quicumque per hos annos artis criticae periti cum ipsi Gellio emendando tum aliorum scriptorum, quorum opera excerpserat Gellius, reliquiis colligendis, recensendis, illustrandis partim codicum lectionibus ex penu mea adhibitis operam dederunt, Fleckeisenus, Hauptius, Nipperdeius, Ribbeckius, Ritschelius, Vahlenus, Wagenerus, alii, quorum unanimi consensu res meas in universum certe recte sese habere vidi, etiamsi emendatio haud paucis locis longius promoveri et posset et deberet quam a me factum esset. Id vero ne ignoravi quidem, cum editio mea prodiret: emendationem aliquotiens derelictam, saepius incohatam tantum et semiperfectam esse ipse confessus sum (praef. comm. p. III sq.); id enim potissimum efficere | volebam, p. 11
ut aliquatenus saltem constaret, quid optimorum librorum scriptura propagatum esset.

Quodsi iamnunc id ipsum obiciendum mihi censet Klotzius (quaest. Gell. p. 4), quod etiam in iis locis, de quibus certi aliquid statui potuerit, non raro[12]) falsam librorum scripturam retinere quam probabiliter scriptoris orationem emendare maluerim, id quadamtenus concedo: saepe enim ubi certam emendationem nec ab aliis prolatam esse inveniebam nec ipse invenire poteram, librorum scripturam retinui, ita tamen, ut in locis aperte corruptis crucis nota appicta lectores commonefacerem. Atque id mihi licere arbitrabar in scriptore, qui non nisi ab hominibus eruditis solet versari; horum enim potissimum interesse mihi videbatur, ut scripturam antiquam, quatenus pro editionum harum instituto fieri posset, perspicerent; et in libris scholasticae lectioni destinatis et in ipsis reconditioris

---

[12]) Nam sic certe vel scripsit vel scribere voluit, cum antea eadem de re 'saepius' a me peccatum esse dixerit; typis h. l. expressum est non saepe'.

doctrinae operibus, dummodo apparatum criticum liceret adiungere, alia via mihi procedendum esse videri, id et Livii et Prisciani editionibus a me procuratis patet. Illi autem vituperationi alteram adiecit Klotzius: in singulis scilicet locis factum esse, ut contra legem meam aliquid adversus libros immutarem, quod neque satis tuto semper neque satis recte factum videretur; cuius rei, quantum equidem video, unum tantum exemplum protulit; id vero videbimus ab eo ipso satis incuriose non huic, sed alteri illi vitiorum classi adnumeratum esse; reliquis vero locis, ubi lectiones ex coniectura a me veterum librorum scripturae superstructas vituperat, vel codicum interpolatorum lectiones defendit, quas ipsas non nisi coniecturarum fere instar aestimandas esse didicistis, vel ne his quidem emendandi conaminibus admissis et ipse coniectandi viam init, a mea dumtaxat diversam.

His iam praemissis ad singulos locos examinandos adire licet. Qua in re quomodo versandum mihi esset, aliquatenus dubitavi. Iure enim suo Cicero 'qui admonent amice' inquit 'docendi sunt, qui inimice insectantur, repellendi' —, Klotzius vero illud quidem se facturum esse professus est, hoc plerumque fecit, ut pessimis fere, quos Caecilius poeta notavit, inimicis 'fronte hilaro, corde tristi' adnumerandus esse videretur. Iam igitur, ubiubi ipsa res poscet, eum repellam; per reliqua fidem ei adiungam eumque docere conabor. Antequam vero ad tristiora haec negotia obeunda me accingam, ad laetiorem gratiarum actionem mihi procedendum est. Gratiam igitur Klotzio me habere profiteor, quod revera aliquotiens in minutis plerumque rebus, quamquam in his rebus nihil, ne minimum quidem, neglegendum esse libenter ei concedo (p. 5), vitia quaedam a me commissa correxit.

Sic eo loco, quem unum praeter locos libri primi tetigit, lib. XI 15, 2, ubi voc. 'ridibunda' a libris omittitur, ego vulgatam lectionem servavi 'id verbum (amorabundus sc.) Caesellius Vindex ea figura scribtum dixit, qua ludibunda, ridibunda et errabunda dicitur ludens et ridens et errans'; at magis concinna

fiet oratio, si cum Klotzio 'et ridibunda' inseremus[13]), quod margini cod. Franequerani olim recte adscriptum esse video, | quamquam ipsae linguae Latinae leges non tam severe hoc p. 12 flagitant quam Klotzius, qua de re Tursellinum Handianum II 469 sqq. citasse sufficit; Gellius vero ipse 'et' particulam tertio loco ponit et ubi singula verba (cf. X 22, 24 'constanter, fortiter et perite') et ubi universae sententiae (cf. I 19, 5; XII 1, 13) inter se coniunguntur.

Sic neglegentia mea commissum esse fateor, ut c. 2, 4 iam enim libri I. notam omittere licet — scripserim 'κυριεύοντας, ἡσυχάζοντας et σωρείτας aliosque id genus griphos' pro 'κ. et 'ἡσ. et σωρ.' etc., quod non tantum cod. Scioppianus, a Klotzio allatus, sed etiam *V* exhibet[14]), sic 'ΚΥΡΙΕΥΟΝΤΑCΕΤ' scribens.

Suo porro iure me vituperat Klotzius, quod c. 13,9 scripsi vel potius servavi 'clari ac incluti viri', id quod olim librorum optimorum *VP* consensui concedendum esse ratus sum: at cum Gellius certe, quantum equidem scio, 'ac' particulam ante vocalem alias non admiserit, hoc etiam loco tutius non id quidem, quod Klotzius praecipit, 'et', sed cum *R* 'atque' legemus, cui tum obtemperare nolui, et quod in universum hic codex minus accurate scriptus est quam illi duo et quod ne post Handii quidem disputationem (l. l. I 454 sqq. cf. Lachmanni ad Lucr. I 83 sq.; V 342; VI 324 adnotationes) res mihi omnino absoluta esse videbatur; sic, ut unum tantum exemplum afferam, Odofredus Müllerus 'ac' particulae ante vocales usum Varroni vindicare conatus est (adn. ad lib. de Lat. IX § 9), ita ut Gellio quoque hunc usum concedi posse arbitrarer[15]).

---

13) lib. IV 16, 1 ex eadem ratione 'fluctus' potius inserendum erat quam 'et fluctus'.

14) In *P* hic locus lacuna haustus est, *R* nota .gr̄. defungitur.

15) Eundem usum Granio Liciniano nuper concessit Carolus Pertzius p. 35 lin. extr. ed. suae 'ac ita evaserat' scribens atque id ipsum praeferens lectioni p. 13a, 20 a se prolatae 'at vix', cum litterarum 'ACCITA' ductus certo agnovisse sibi videretur, id quod mihi 'atq. ita'

Melius deinde c. 3,27 legissem et distinxissem 'Favorinus quoque philosophus huiuscemodi indulgentiam gratiae, tempestive laxato paulum remissoque subtili examine', quod 'ita existumandum esse' — sic Klotzius p. 8 — 'Graeca quae sequuntur verba satis aperte indicant: ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, τουτέστιν ὕφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι: equidem 'indulgentiam gratiae tempestivae, laxato' etc. cum scriberem, nimis anxie ad cod. *A* auctoritatem me applicavi. Ceterum rectam huius loci lectionem iam diu ante Klotzium edoctus eram Theodori Mommsenii, 'nostrum melioris utroque', qui cum Mauricio Hauptio et Ottone Iahnio, viris et eruditissimis et integerrimis, academiam Lipsiensem nuper illustravit, epistula, qua observationes et emendationes suas ad novem libros Atticarum Noctium primores mecum communicavit; his cum duobus locis a me ipso (vol. II p. X) ex Mommsenii sententia retractatis (c. 15, 9; 18, 2) se assentiri profiteatur Klotzius, equidem ea laude eum non fraudabo, quod duobus aliis locis, ubi Mommsenii sententiam non noverat, recte cum viro egregio
p. 13 consentit: nam c. 6, 8 ubi cod. *A* cum *VPR* consensui | parens scripsi 'isdem deos propitios esse aecum est, qui sibi adversarii non sunt', vulgata lectio 'is (al. his) demum' instauranda est eademque c. 7, 17 videtur revocanda esse. Quo loco amicus quidam Gellii vituperat vulgus semidoctum, quod usum aliquem a quotidiana consuetudine abhorrentem soloecismum esse putet — quamobrem hodie non eos tantum, quos 'vulgo semidocto' adnumerare licet, vituperandos esse, infra plus semel videbimus —; equidem vero illo loco lectionem a libris deterioribus propagatam ipsoque vulgari usu commendatam 'neque

---

scribendum esse suadenti humanissime rescripsit, cum sententiam meam de aliquot Granii locis diligenti sagacique eius studio nondum, ut mihi quidem videbatur, persanatis cum eo communicassem. ex quibus unum in transcursu partim certe instaurare liceat. P. 41, 14 sqq. (= 20a, 4 sqq.), ubi ex cod. descriptum est: 'euerseies (sic v. corr.; p. 41 euersetes?) . (p. 41 . . .) erit adictus quod bea | . . . egentes faciebat mul[tis]q. beneficiis suis alli|[ci]ebat' legendum erit 'Euergetes merito dictus, quod beatos egentes faciebat' etc.

soloecismus esse aiebat in potestatem fuisse, ut vulgus semidoctum putat, sed ratione dictum certa et proba contendebat, qua et Graeci ita uterentur et Plautus ... dixit' etc. non sollicitassem, nisi *VPR* unanimi consensu praebuissent 'rationem (racionem *V*) dictu certa et proba contendebat', in qua scriptura reconditi quid latere putans, quod ipsi huic loco optime hercle videbatur convenire, pro vulgari illa ac cuivis patente noviciorum librariorum emendatione per omnes editiones propagata scripsi 'rationem dictu certam et probam contendebat'. Quod etsi sane satis contorte dictum est, ferri tamen posse videbatur apud Gellium, qui 'huius .. vocis' ait '.. ratio certa ac probata est' XIII 21 (20), 18 quique, ne res 'neque dictu neque auditu dignas' (v. XVII 1, 2; XVIII 6 lemm.) afferam, de 'vocum fictionibus' loquitur 'dictu profatuque ipso taetris aut insuavibus' XVIII 11, 2; ex utroque hoc dicendi genere conflata fere videbatur 'ratio' illa 'dictu certa et proba': quod si 'nihil' esse Klotzio videtur (p. 11), hoc 'dictu quidem est proclive', ut Cicero ait de off. II § 69, probatu, ut mihi quidem videtur, satis difficile; at duriuscule voc. 'ratio' sic nude poni iam ipse concedo et vel secundum locos a Klotzio in comparationem advocatos (c. 16 lemm. et § 8) vulgatam revoco vel coll. l. lib. XIII supra descripto 'rationem dicti certam et probam contendebat' conicio, quamquam hoc ab ipsa librorum scriptura paulo plus recedere fateor.

At iam finis fere constituendus est huic gratiarum actiunculae. Nam in his locis cum vel rectam lectionem restituerit Klotzius vel de prava saltem me admonuerit (quo praeterea pertinere c. 23, 9 sq. infra apparebit), alii certe ita sunt comparati, ut recte de iis disputari posse mihi non videatur: vix enim statuat aliquis c. 16, 15, ubi libri exhibent 'alia enim ratione mille hominum dicendum est', ex sententiarum nexu apparet omissum esse 'alia mille homines', num id ibi sic addendum sit, ut vulgo fit 'alia enim ratione mille hominum, [alia mille homines] dicendum est', an ex praecepto Klotziano sic: 'alia enim ratione [mille homines, alia] mille hominum dicendum est'; nam quod ad diplomaticam, ut ita dicam, vitii originem

pertinet utroque modo in errorem incidere potuit archetypi librarius neque is, quem cum prioribus editoribus equidem admisi, a neglegentia eius alienus est; quodsi porro Klotzius ea, quam ipse proponit, ratione ‘ipsa verba, si constructionem grammaticam spectemus, multo melius inter se congruere’ dicit, id non satis equidem assequor: nam haec librariorum neglegentia non solet ita procedere, ut universa orationis membra data opera omittantur, sed ut a verbo quodam ad idem vel ad simile aliquod in proxime sequentibus aberretur; verba vero ipsa si spectemus, non dispicio equidem, quid intersit inter ‘alia enim ratione mille homines, alia mille hominum dicendum est’ et inter ‘alia enim ratione mille hominum, alia mille homines dicendum est’.

Nec minus nodum in scirpo quaerere videtur Klotzius
p. 14 c. 6, 2, ubi cum verbum sub|stantivum ‘esse’ ab optimis libris *AVPR* abesset, equidem recentiorum quorundam librorum correctionem ‘si sine uxore possemus, Quirites, esse, omnes ea molestia careremus’ servavi, ille ‘si sine uxore esse possemus, Quirites’ etc. scribi iubet. Nam id quidem concedo, ‘esse’ aeque facile post ‘Quirites’ quam ante ‘possemus’ omitti potuisse, quomodo vero hoc ‘sententia loci et orationis sonus requirere videantur’, quod Klotzii est decretum (p. 10), equidem sensu atque auribus hebetioribus fortasse praeditus non perspicio: rectum fortasse Mommsenius vidit, qui scribendum esse coniciebat ‘si possemus, Quirites, omnes ea molestia careremus’, ut vocc. ‘sine uxore’ glossematis loco adiecta essent*). Quae utut se habent, in eo et hic et similem ob causam haud raro alias reprehendendus est Klotzius, quod non ea ratione, qua supra a me factum est, eo ipso, quo ei videtur, loco vocabulum ‘esse’ excidisse statuit, sed ‘$\overline{\text{ee}}$’ ait ‘id est *esse*, etiam post *uxore* obscurari potuit’; ipsam enim loci corruptelam antiquissimam esse eo patet, quod voc. illud vel a cod. *A* litteris maiusculis scripto omittitur, apud quem praeter apices quosdam litterarum inter se conexos

*) [‘si sine uxore vivere possemus’ h^b]

scripturae compendia non comparent nisi B. et Q. pro 'bus' et 'que' syllabis [atque alia paucissima cf. *hb* II p. XVI]; ea igitur scripturae compendia, quae ad litteraturam demum cursivam pertinent, iis certe locis, ubi ipse cod. *A* servatus est, in censum venire nequeunt, iis vero locis, ubi in codd. *VPR* lectionibus subsistit memoria, emendatio intra eos limites continere se debebit, qui horum librorum archetypo conveniant, de quo archetypo alibi accuratius, ut antea dixi, exponendum erit: hoc tamen interim inter omnes, opinor, constabit, ad corruptelas scripturae explicandas ne his quidem locis iis compendiis uti vel potius abuti licere, quae in noviciis demum libris conspici soleant, id quod Klotzio plus semel accidit.

In universum tamen vel iis locis, ubi per se utraque lectio et Klotziana et mea ferri potest, plerumque vos certe, commilitones, qui optimorum librorum scripturam ipso sensu, sententiarum nexu, linguae legibus, scriptoris denique usu flagitantibus strenue emendandam, eandem vero ex mero arbitrio numquam deserendam esse didicistis, merito ex ipsa hac simplicissima sanae artis lege iudicabitis, lectionem meam recte se habere uniceque veram esse. Cuius legis alibi omnino immemor fuit Klotzius, alibi sua culpa, ut supra significavi, factum est, ut lectiones codicis *A* ignoraret, ibique ea mihi exprobrare solet, quae et per se recta sunt et classici illius testis auctoritate nituntur.

Sic 'nullo modo' ait R. Klotz (p. 7 sq.) 'probare possum, quod nuper M. Hertz, quamquam libros secutus esse videtur, scripsit (c. 3, 1): Lacedaemonium Chilonem, virum ex illo inclyto[16]) numero sapientium, etc., quod mihi linguae consuetudo ferre non videtur'. Equidem fateor, me non intellegere, quid huic lectioni obstet: nam per se cum

[16]) Hanc voc. scribendi rationem ex ipso cod. *A* h. l. servavi; eadem, ut nonnulla tantum afferam, nec ab inscriptionibus (cf. modo bull. arch. Neap. nov. ser. V n. 104 p. 44 INCLYTA VIRGO) omnino abest, nec a Vergilii Mediceo (cf. Wagneri orth. Verg. p. 484); ex mei igitur instituti ratione (cf. praef. I p. VI) littera y h. l. retinenda erat, quod addo propter notam Klotzianam p. 8.

alii scriptores ita loquuntur, tum Gellius ipsa hac ratione hominum a se nominatorum qualitates, rationes, aetates
p. 15 accuratius definire solet sescenties, sicuti, ut proximo | exemplo defungar, eiusdem capitis § 20 legimus ‘Pericles ille Atheniensis, vir egregio ingenio bonisque omnibus disciplinis ornatus’ vel, ut in ipsius sapientiae exemplo subsistam, ‘Q. Metelli Numidici, sapientis viri’ VII (VI) 11, 1; quin vulgato hoc dicendi more hoc quoque loco usus esset Gellius non dubitavi, cum lib. XI 18, 5 prorsus simili modo dictum legissem ‘is Solon e septem illis inclutis sapientibus fuit’; quid vero contra linguae consuetudinem h. l. dictum offenderit Klotzium, id eo minus assecutus sum, quod vel apud Ciceronem, quem ab ipso nuper editum esse scitis, memini me legere ‘nobis in tribunali Q. Pompeii . . . sedentibus homo ex numero disertorum postulabat’ etc. (de or. I § 168)*). Quid quaeso postulat Reinholdus Klotzius, sive vir sive homo ex numero grammaticorum, ut tandem satisfaciat Gellius illi ‘linguae consuetudini’? Equidem merito, ut mihi quidem videtur, credidi cod. *A* lectionem ‘virum’ non spernendam esse prae ‘unum’ scriptura cod. Buslidiani ac fortasse Scioppiani [17]), nam Buslidianas Scioppianasque lectiones fraude non carere ipse Klotzius intellexit (p. 9 cf. p. 16), unde nec hic ‘sapientum’ pro ‘sapientium’ nec c. 15, 3 ‘etiam’ pro ‘et’, quod ferri posse ne Klotzius quidem negabit, ex uno Scioppiano recipiendum esse videbatur. Klotzius vero loco hoc bifariam vituperandus est: nam de lectionis meae fundamento disputans ‘etiamsi’ ait ‘librorum

---

*) [Alia afferunt alii, veluti HSAnton mus. phil. 26, 159 sq.; OSiesbye opuscula philolog. ad Madvigium p. 250, 2; Iul. Schneider quaest. de ablat. usu Tac., Vratisl. 1882, p. 39. 1.]

17) Scioppius quidem in excerptis a Iacobo Gronovio ad calcem ed. suae prolatis varias lectiones ad h. l. praebet, sed num revera ex codice eas hauserit dubito, quod in gemina fere Wowerii collatione (cf. Eberti bibl. Guelf. codd. Gr. et. Lat. class. n. 376; A. G. Crameri scripta minora p. 132 sq.), qua Schoenemanni benivolentia uti mihi licuit, ad totum h. l. nihil adnotatum est: quamvis hoc vel eo explicari possit, quod ab ed. Veneta a. 1565, cuius marginibus adnotationes suas adscripsit Wowerius, capitis huius initium aberat.

auctoritate niteretur', quamquam praeter Buslidianum, ex quo 'unum' edidit Canterus, (et fortasse Scioppianum, ex quo h. l. nullam lectionis varietatem adnotavit Scioppius), unus solus huius capitis initium servavit cod. *A* (act. antiq. Marb. 1846, 698; nunt. acad. Ber. menstr. a 1847 p. 414), unde ipsam hanc lectionem olim (act. l. p. 695) enotavi: Buslidii vero et Scioppii libros me frustra quaesivisse conquestus sum (praef. ed. I p. V), ut equidem certe nihil aliud inde proferre potuerim quam id quod olim inde adnotatum est. Tum vero quomodo 'unum' in 'virum', antiquissimi scilicet libri lectionem, 'corrumpi' potuerit litteris minusculis appictis demonstrare iterum conatur Klotzius.

Eiusdem capitis § 7, cuius eadem est condicio, ex eodem cod. rescripto hanc lectionem proposui: 'sic mihi et iudicis et amici officium in tanta re salvum fuit. Hanc capio ex eo facto molestiam'. Buslidianus exhibet 'fuisset', quod a Cantero nov. lect. II 6 in 'fuit, sed' correctum est, silet Scioppius; probat Klotzius Canterum, qui quod sit in 'libris' 'fuisset' scriptum in 'fuit set' mutaverit, comprobare non potest, quod ego, sine dubio 'libros' secutus, 'sed' prorsus deleverim. 'particula' ait 'adversativa in eius modi locis se ipsa offert' coll. Ter. Andr. I 1, 13 sq. Hoc equidem non nego: at hoc loco adversativa illa particula secundum vetustissimi libri auctoritatem nos carere posse ratus sum. Narrat enim ibi Chilo, dicta sua factaque in aetate longa pleraque omnia non fuisse paenitenda neque quicquam commissum a se, cuius rei memoria aliquid pareret aegritudinis, 'id ni' ait 'illud profecto unum sit, quod rectene an perperam fecerim, nondum mihi plane liquet'. Tum facto illo enarrato, sic sibi et iudicis et amici officium in re tanta salvum fuisse per|git. Quibus sane p. 16
adiungi potuit id, quod proposuit Canterus, 'sed hanc capio ex eo facto molestiam', ita ut ea, quae recte ab illo factum esse demonstrarent, opponerentur iis, quae rei perperam administratae indicia continere viderentur: sed non minus apte ad ipsum orationis suae initium respiciens et quasi rediens contrariam sententiae suae partem per se et tamquam de

integro incipiens auditoribus quasi mirantibus, quomodo et iudicis et amici officio salvo molestiae quid ex illa re ceperit, proponere potuit Chilo, atque id ipsum praeposito pronomine demonstrativo 'hanc' satis mihi indicari videbatur, ut a libro antiquissimo recedere non auderem.

Eiusdem libri auctoritate motus ibidem § 19 scripsi 'contra ius, contra quam licet', pro quibus 'contra ius et contra quam licet' praebent *VPR*, 'contra ius contraque q. l.' commendat Klotzius. At passim talia asyndeta et apud alios scriptores et apud Gellium inveniuntur cf. modo praef. § 19 'abeant percontando, scribendo a Noctibus his procul' et ipso hoc loco 'sed id quaero, id desidero', cui eadem dicendi figura in proximis optime respondet, quae eo vel magis hic excusatur, quod gradatio quaedam utrique loco inest, ut dittographiae suspicionem olim quidem ceperim, sed mox abiecerim.

Praeclaro eiusdem libri testimonio usus ibidem § 30 scripsi 'hac, inquit, fini ames tamquam forte fortuna et osurus, hac itidem tenus oderis tamquam fortasse post amaturus', quae verba vobis, commilitones, interpretanda relinquo, quamvis quaerat Klotzius 'quid enim et ante osurus significat? qua ratione refertur ad simile illud quod his respondet in altero membro post amaturus?' 'Finiam et tamquam (s. tanquam) forte fortuna' praebent *VPR*; 'at ecce' — verba sunt I. F. Gronovii ad h. l. — 'sarcinatorem probum et suendi centonis gnarum, qui et mutare, et quasi aliquid deesset, supplere haec ausus est in Buslidiano [= Sciopp.] hoc modo: Hunc inquit amorem finiam, tanquam forte fortuna positurus. Teneo falsum manifestarium', nec Klotzius negat haec verba 'aperte interpolata esse', ex interpolata tamen hac scriptura arripit unum illud 'positurus' indeque 'post usurus' efficit, quod 'praesertim si post usitato compendio p⁹ erat scriptum, facile in positurus mutari poterat aut etiam, si compendia inter se confunderentur, in et osurus depravari.' Iam igitur videtis hominem, libri rescripti lectionem olim (act. ant. l. l. p. 695) propositam, ut assolet, ignorantem solitis his compendiorum praestigiis abuti, ut lectores doceat, quomodo haec

antiquissimi libri scriptura ex fraudulenta librorum interpolatorum lectione orta sit: at vos, etiamsi illum errorem neglegentia ortum missum faciamus, id certe, dummodo oculos aperiatis, ei non credetis, vocc. 'et' (id est & vel 7) et 'post' (p[9]) notas ita inter sese confundi solere, ut ex earum permutatione corruptelae alicuius originem demonstrare liceat, ne id, quod saepe vobis repetere soleo, hoc etiam loco repetam, qui ne suspicionem quidem offensionis praebet, corruptorum locorum medicinam ex puris, non ex turbidis fontibus hauriendam esse i. e. emendationem integrorum, non interpolatorum librorum lectionibus esse superstruendam. Qua in re id non negamus, librarios, qui codd. hos interpolatos confecerunt, ex scripturae illius genuinae corruptelis veram scripturam non minus et restituere potuisse et revera saepius restituisse quam hodieque cuilibet nostrum licet. 'Praeteriens' sicuti ipse Klotzius fecit p. 9 'commemoro', eandem ob causam in § sq. ex optimorum | librorum *VP* lectione ΦΙΛΙΑC (nam nil aliud p. 17
est ΦΙΑΙΑC in *V*; Graecis carent *AR*) maluisse me cum Gronovio scribere φιλίαις, quod praeterea sequenti plurali ἀπεχθείας accuratius respondet, quam cum codd. alterius ordinis legere φιλίᾳ, quod ab archetypi corruptela paulo longius videbatur recedere [cf. tamen Schubert Bruchstücke zu einer Methodologie d. Kritik p. 23 sqq.; Madvig adv. crit. I p. 67].

Sed ut at Palatinum redeam, ex ipso hoc limpidissimo fonte petitum est illud 'autem', quod Klotzium offendit c. 6, 6 ubi verba ex oratione Metelli de uxoribus ducendis supra (p. 13 sq.) commemorata cum proxime sequentibus defenduntur his post alia verbis: 'De molestia igitur cunctis hominibus notissima confessus eaque confessione fidem sedulitatis veritatisque commeritus, tum denique facile et procliviter, quod fuit rerum omnium validissimum atque verissimum, persuasit, civitatem autem salvam esse sine matrimoniorum frequentia non posse'. Ibi 'quum verba: civitatem — non posse nihil aliud in se comprehendant nisi quod ille persuasisse dicitur' Klotzius p. 10 credit, 'autem' 'locum eo loco habere non posse et non esse ortum nisi e διττογραφίᾳ extremarum syllabarum

verbi civitatem'.*) At mihi 'autem' illud aposiopesi quadam explicari ac servari videtur posse: ex initio enim huius sententiae 'de molestia cunctis hominibus notissima confessus' facillime perspicitur, illud 'civitatem autem' etc. opponi huic singulorum civium molestiae, tamquam post 'persuasit' additum sit 'singulis quidem matrimonium molestum esse'; at hoc additamento supersedere poterat Gellius, quod haec ipsa omnium animis per se infixa esse antea verbis 'de molestia igitur cunctis hominibus notissima confessus' satis superque indicaverat. Iam igitur cum et ratio et auctoritas conspirent, equidem lectionem hanc eo magis servandam esse duco, quod 'autem' post 'civitatem' a librario archetypi reliquorum codd. facillime poterat omitti.

Ex eodem denique libro illo rescripto c. 12, 5 scripsi, eos, qui de virgine capienda scripserint, negavisse, capi fas esse eam 'cuius parentes alter ambove servitutem servierunt aut in negotiis sordidis versantur', quamquam non nego post 'sordidis' 'di' syllabam facillime excidere potuisse et rectius fortasse scribi vel 'diversantur' vel 'deversantur', quod in *VPR* legitur; at scripturam Buslidiani 'deservierunt' et Scioppiani deservierant' ex praecedente 'servierunt' male repetitam esse non est quod vos, commilitones, doceam: Klotzio vero lectio haec Scioppiana praeter vulgatam lectionem 'diversantur' commendanda visa est, quod ipsa sententiam satis idoneam efficeret. At hoc est stercus ex libris congerere, non artem factitare.

Eiusdem capitis § 3, ubi de eadem re sermo est, cum libris et editionibus, ni fallor, omnibus scripsi 'item quae lingua debili sensuve aurium imminuta aliave qua corporis labe insignita sit'. Quae verba ipsa ex Antistio Labeone petita esse, quae Klotzii est sententia, nec negare nec contendere equidem ausim. Gellius enim h. l. argumentum tantum ex libris eorum 'qui de virgine capienda scripserunt, quorum diligentissime scripsit Labeo Antistius' excerpsit, non verba.

*) [Recte, ut mihi, iam nunc videtur cf. h^b adn.]

Sed ne apud Labeonem quidem ex anxio concinnitatis studio mutatione quamvis minima, cum littera s ante sensu' facillime potuerit omitti, cum Klotzio 'lingua debilis' scripserim. Gellius ipsa hac inconcinna dicendi ratione saepius utitur v. XIII 21 (20), 7 'rudis profecto et aure agresti homo'; ibid. 22 (21), 1 | 'summa vir auctoritate gravitateque et a divo Hadriano in p. 18
mores atque litteras spectatus'; XVI 1, 3; XVII 18, 1; neque aliter ipsius Labeonis verba conformata sunt, a Gellio certe XX 1, 13 hoc modo allata: 'L. Veratius fuit egregie homo inprobus atque inmani vecordia'.

Eiusdem capitis § 12 satis neglegenter me laudat Klotzius, quod in his verbis 'gratia Papiae illae legis per senatum fit', uti equidem pro vulgato 'Papiae legis' scripsi, non occultaverim quod in libris antiquis nobis traditum sit. Nam asterisco ad varietatem lectionis Gronovianae 'om. illae' p. VIII apposito significaveram, scripturam meam non ipsa veterum librorum fide, sed coniectura niti. Quodsi vero Klotzius ex sola ed. Coloniensi a. 1526 'Popiliae' restituit, hoc ipsum non tantum ex cod. Scioppiano in ed. Gronoviana adnotatum erat, sed etiam in edd. ante Coloniensem illam, quam forte fortuna inspexit Klotzius, legitur, quod vel ex Thysii adnotatione ad § huius capitis 11 et ipsa apud Gronovium expressa discere poterat, ubi ex 'antiqua Veneta'[18]) haec scriptura profertur. A Cramero autem, dummodo perdoctus ille excursus ad Gellium quartus, quo ipsum hoc caput enarratur, notus ei fuisset, edoceri poterat quaestionum Gellianarum auctor in scripsis editisque ante Stephanianam a. 1585 omnibus h. l. legi vel 'Popiliae' (sic vel 'popilie', quod idem est, mei omnes: 'popilie' *VPR*; 'popillae' ed. Ascens. a. 1518) vel 'Populiae' (script. min. p. 126). Iam igitur Klotzius, qui vitio mihi dat, quod temere hic antiquorum librorum scripturam secutus sim, hoc certe loco reprehendere me poterat, quod temere eam deseruerim. Ac fateor equidem, me diu ancipitem

---

[18]) Id est ed. Ven. a. 1477, quae ipsa ex ed. Iensoniana a. 1472 expressa est.

haesisse, quid hoc loco scriberem, cum ex consentiente librorum scriptura eadem lex — nam eandem esse omnes hodie concedunt — paulo antea bis 'Papia' vocaretur[19]): id porro negandum non est, ut Klotzii sententiam Cramerianorum verborum (l. l. p. 127) auctoritate quadamtenus tuear, 'probabilius esse, ignotae legis nomen in notissimae conversum fuisse quam vice versa' —, at cur tandem eiusdem legis nomen bis hoc modo mutatum, tum tertio loco intactum relictum esse dicemus? ipsa vero haec mutationis origo patet, si legi nomen Papiae fuisse, tertio vero loco 'Papiae illae' a Gellio scriptum esse statuimus, quae forma pronominis rarior, sed ab ipso scriptore non aliena[20]) a librariis, haud sane studiose inquirentibus, num legis antea commemoratae nomen repeteretur, facile cum praecedente voc. 'Papiae' in 'Popiliae' nomen conflari poterat: at cum haec lex sive Papia — nam Papiam-Poppaeam esse, quod olim nonnulli vv. dd. censuerunt, nunc vix quisquam arbitretur — sive Popilia aliunde nota non sit, ad liquidum quaestio haec perduci non magis poterit quam id, quod mihi exprobrat Klotzius c. 11, 17, ubi scripsi 'Aristoteles in libris problematon'. Ad librorum optimorum lectionem 'problemato' (vg. cum dett. 'problematum') I. F. Gronovius ibi adnotavit ergo voluere problematon, nisi tamen problematorum.
p. 19 Nam et hoc audebant interdum.' Et sane utrumque | corruptae scripturae inesse posse, facile perspicitur: alterum equidem praetuli, alterum mavult Klotzius, quod eadem forma utatur Gellius II 30, 11; III 6, 1 et quod omnino eiusmodo genetivorum formis etiam in aliis nominibus usus sit: huius usus exempla desidero, — sed utut haec se habeant, Gellius saepe, dummodo veteres libros auctores sequamur, variis in eodem nomine declinando formis usus est: sic ex omnium vel plurimorum codd. lectione 'Sophoclis' gen. scripsi XVII 21, 42,

---

19) Priore loco 'Popiliam' perperam ex Buslidiano affertur cf. Cramerum l. l. p. 126.

20) 'Alterae' dativus legitur VII (VI) 6, 1; 'aliae' et 'nulli' genetivi XVII 9, 3; 6, 2.

'Sophocli' XII 11 lemm. et § 6; XIII 19, 2. 3; 'Euripidis' lib. XVII l. l.; XV 20 lemm.; 'Euripidi' ll. lib. XIII ll.; VI (VII) 16 lemm.; XV 20, 1; sic ex optimorum librorum vestigiis 'Platonos' restitui XIV 3, 3 (cf. Απίωνος VI (VII) 8, 4; Ζήνωνος XIX 1, 14; Τίμωνος III 17, 6) iuxta posito gen. 'Platonis' ibid. § 1. 2. 4; sic recte fortasse ex unius cod. *V* lectione 'theofrastu' restituissem 'Theophrastu' vel Θεοφράστου I 3, 25, cum 'Theophrasti' legatur II 18, 8; IV 13, 2; VIII 6 lemm.; sic 'Vlixen' scripsi I 15, 3, 'Vlixem' XI 4, 2; 'Socraten' I 17, 2; II 1, 1; XIV 3, 5, 'Socratem' VII (VI) 10, 4 bis; XIX 9, 9; sic etiam locis supra commemoratis 'problematorum'; hic vero vel 'problematon' vel, si mavis, προβλημάτων scribere potuit Gellius, qui προβλήματα titulum attulit praef. § 7, προβλήματα ἐγκύκλια XX 4, 3; XIX 4, 1 'problemata physica' litteris Latinis codd. scripserunt.[21])

Hac de re melius fortasse iudicare possemus, si hoc loco superesset liber palimpsestus, a quo ea, quae Graece scripta erant in archetypo, non nisi lacunis indicari diximus: alio vero quodam loco eoque ipso, quo uno eius lectionem ex A. Maii quadam adnotatione in Klotzii notitiam pervenisse diximus, c. 22, 8 parum prodest liber ille egregius, quod ea ipsa verba, quibus corruptela inest, omittit. Disputatur ibi de usu voc. 'superesse' exemploque aliquo Ciceroniano prolato Gellius ex recensione mea 'in libro quoque' ait 'de republica secundo id ipsum verbum Cicero ponit non temere transeundum'. Verba priora usque ad 'secundo' om. *A*, 'in libro quoque. p. (.P. *V*) secundo' scripserunt *VPR*, correxerunt libri recentiores, veluti in iis, quos equidem ad hunc librum collatos habeo 'de R. P.' exhibet Laur. LIV 11, 'de re p.' Vrbin. in Vat. 309 et Ambros. A 31 inf. (om. Vindob. CCLXIII),

---

[21]) Simili prorsus emendatione lib. III 11, 4 pro 'Accius autem in primo didascalico' haud sane inscite Heinrichius in ed. Persii ed. O. Iahn p. 49 adn. 1 'didascalicon' legendum esse coniecit; XIII 21 (20), 4 ubi 'georgicon' scripsi ex plurimorum librorum consensu, 'georgicorum' habet vetus anthologia Gellio-Valeriana Thuanea (*T*), georgii cū Vrsiniana (*Y*), 'georgicū' Regius (*Q*).

ex quibus ‘de republica’ per editiones propagatum est. In sqq. vero ‘Cicero ponit’ recepi ex ipso cod. *A*, pro eo quod rell. codd. praebent ‘Ciceronis’; quod quomodo ex ‘Cicero ponit’ syllaba PO post RO omissa oriri potuerit, facile perspicitur. In lectione mea ex libris diversi et generis et pretii conflata errorem inesse posse concedo, veluti ipsius libri secundi nota a Patricio, Maio, Osanno, aliis non immerito videtur addubitata esse, etsi ea de re disputari possit, utrum librarios h. l. errantes teneamus an ipsum Gellium; verba tamen ipsa ‘in libro [de re] p. secundo’ non nisi neglegentia librarii in cod. *A* omissa esse puto[22]), atque quid sibi velit Gellius, id optime certe hoc |
p. 20 modo intellegitur. Nam si Klotzius quaerit: ‘Quid enim est: id ipsum verbum Cicero ponit non temere transeundum?’, nihil aliud sane est quam id quod et ipse fere[22a]) inesse debere putat ‘id ipsum verbum Cicero ponit, quod non temere transeundum est’ h. e. ‘quod hoc loco, ubi de ipso hoc vocabulo disputatur, omittere equidem non debeo’. Addit quidem Klotzius ‘quod si vellet dicere Gellius, aliter loqui debebat’, sed cur tandem aliter loqui debuerit, non addit. Immo solet Gellius exponere, cur rem aliquam vel a Noctibus suis non excludendam vel certo aliquo earum loco arcessendam esse putaverit cf. modo paulo infra c. 25, 18, ac prorsus simili ratione XIII 1, 15 ‘illud tamen praetermittendum non est, quod Vergilius quoque id ipsum, quod Cicero, de fato opinatus est’*); iam igitur etiamsi ipsam Gellii manum a me restitutam esse asseverare nequeam, omnia tamen recte se habent et ad librorum scripturam proxime accedunt; cur igitur ad talia

---

[22]) Recte h. l. adversus Maium disputans Osannus ed. suae librorum de rep. p. 282: ‘Ut magnam esse vaticani palimpsesti auctoritatem concedamus, tamen nullus liber manuscriptus licet vetustissimus adhuc repertus est, cuius scriptura non vitietur hic illic mendis, ita ut etiam hoc loco in eo libro quandam corruptelam grassatam esse malim putare, quam etc., — nam quid Maius h. de l. temere statuerit, huc non pertinet.

[22a]) Ipse Klotzius sic ‘An forte: id ipsum verbum quod Cicero ponit non temere transeundum est?’

*) [Add. locos compositos a Mercklino ann. phil. suppl. III 702 sq.]

artificia confugiendum sit, qualia Klotzius profert, lacunam his verbis inesse eaque hoc fere modo refingenda esse putans: 'Id ipsum verbum Cicero ponit... verbum Ciceronis non temere transeundum', id equidem non assequor.

Multo minus ipsissima Gellii verba in loco aperte corrupto c. 21, 5 instaurari poterunt, ubi in libris optimis *VPR* (nam cod *A* nec hic nec alibi servatus est, ubi eius mentionem non adieci) omissis minutis quibusdam orthographiae discrepantiis sic scriptum est mendo aperto: 'non enim primus finxit hoc verbum (amaror sc.) uergilius insolenter sed in carminibus lucreti inuentus est non aspernatus auctoritatem poetae ingenio et facundia praecellentis' eodemque fere modo in dett., nisi quod 'inventum' praebent ('inuentum non est' inesse dicitur Scioppiano, 'inuentum est, non est' utrique Puteaneo, cum *VPR* facit Schefferianus). Ipsam librorum optimorum *PR*, quibus simillimum esse cod. *V* ex ipsa editionis meae praefatione I p. IIII constat, lectionem dudum notam affert Klotzius, de cod. *A* scriptura nisi eo loco, quem cummaxime tractavimus, ubique securus; quod si igitur addit, se non dubitare, quin hoc quoque loco illud rescripserit 'vir eruditissumus', quod in optumis libris invenisset, non esse seiunctum iocum a philologia cum M. Cicerone M. f. putare videtur vir, ut docti cuiusdam saeculi XVI hominis [23]) utar facetiis, 'ironicissimus'. Nam paucis verbis post allata scriptura 'editionis Hertzianae' (immo Stephanianae cum sqq., Gronovianarum, Thysianae, Longolianae, Bipontinae, Lionianae, Tauchnitianae) 'non enim primus

---

[23]) Anonymi in ep. ad Io. Crotum Rubeanum data, quam a. 1720 Arnstadii edidit Olearius, [qui Iusti Ionae eam esse opinabatur, at cf. DFStrausz U. v. Hutten I 256, 1; ac nunc sane, quod a me consultus Th. Kolde, theologus Erlangensis, eius aetatis aestimator gnavissimus, me edocuit, haec epistula, quamvis Olearii sententiam defenderit Kampschultius d. Univ. Erfurt II 273, a Iona fere abiudicatur, ut Kaweravius eius ne rationem quidem habuerit, atque videtur fere Iusti Menii esse, cui Boeckingius (drei Abhandlungen üb. reformationsgesch. Schriften, Lips. 1858, p. 67 sqq.) et GLSchmidt Iustus Menius, Goth. 1867, I p. 30 sqq. eam vindicaverunt.]

finxit hoc verbum Vergilius insolenter, sed in carminibus Lucreti inventum est, nec est aspernatus’ etc. recte addit, sic non videri scriptum esse nisi in uno libro Buslidiano, qui sit interpolatus. Cum enim nec aliorum h. l. conamina mihi satisfacerent nec ipse veram aut probabilem saltem aliquam coniecturam invenissem, in ea lectione acquiescendum esse censui, quae et ipsa coniectura certe qualicumque non esset inferior et ex eo saltem libro profecta, qui, quamquam interpolatus, egregiis tamen, ut supra vidimus, niteretur subsidiis. ‘Scabri aliquid et male connexi’ verbis sic scriptis inesse, ipse Ioannes Fridericus Gronovius pronuntiavit multoque rotundius
p. 21 antea scriptum fuisse: ‘sed in carminibus | Lucretii inventum non est (sic etiam Sciopp.) aspernatus auctoritate poetae’ etc.; nihilominus Gronovius libri Buslidiani lectionem servavit, cui Klotzius illam veterum edd. scripturam praeferendam censet et ipsam aperte correctam ipsiusque rotunditatis specie fraudis fere suspicionem praebentem.*) Qua in re, ad liquidum enim perduci nequit, suum cuique liberum arbitrium esto, neque obloquor, si orationem hanc: ‘finxit — Vergilius — inventum est (verbum) nec est aspernatus (Vergilius)’ vituperat Klotzius; quodsi vero addit ‘quis umquam Latinorum scriptorum sic est locutus?’ ipsum Gellium, de quo cummaxime agitur, prodire iubeo alio subiecto interposito ad subiectum primarium redeuntem II 23, 15 ‘Filia hominis pauperis in pervigilio vitiata est. Ea res clam patrem fuit, et habebatur pro virgine’; I 23, 9 ‘Hoc illa — mater Papirii Praetextati sc. — ubi audivit, animus compavescit, domo trepidans egreditur’, quamquam hoc ipso loco Klotzius p. 18 cum vett. edd. restitui iubet ‘animo compavescit’, ‘id quod totidem litteris in libris manu scriptis Macrobii saturn. lib. I c. 6 § 22 legitur.’ Neque equidem auctoritatem Macrobii Gellium saepe tacite exscribentis parvi facio ac mox adversus ipsum Klotzium suo

*) [Dudum ad marginem adscripseram, legendum esse ‘invento usus est, non aspernatus’ cum viderem eandem emendationem (a. 1881) factam esse a Lud. Ehrenthal v. *h*[b] adn.]

loco ea utar: ipso vero hoc loco tam parum accurate, quod nobis statim apparebit, Gellium reddidit Macrobius, ut ne has quidem voces verbotenus ex eo descripsisse putandus sit.

Verba ibidem proxime sequentia ad ipsam omnium codd. scripturam (cui hoc loco accedunt veteres anthologiae Gellianae et Thuanea et Vrsiniana *TY*; deest *A*) quam maxime me adplicans praeeunte Iacobo Gronovio sic scripsi: 'domo trepidans egreditur ad ceteras matronas. Pervenit ad senatum postridie matrum familias caterva. Lamentantes atque obsecrantes (non 'lamentanter atque obsecranter', quod legitur apud Klotzium) orant, una potius ut duobus nupta fieret quam ut uni duae.' His inesse quae offendant ipse non nego, quamquam dici sic certe potuit; vulgo ex Buslidiano legitur 'egreditur, ad ceteras matronas defert quod audierat. Perveniunt ad senatum' etc., quod aperte interpolatum est; Macrobius vim magis, ut dictum est, quam verba Gellii h. l. exprimens haec habet: 'egreditur, ad ceteras matronas adfert, postridieque ad senatum copiosae matrum familias catervae confluunt.' His in usum vocatis non inscite sane Klotzius conicit: 'egreditur, ad ceteras matronas perfert. Venit ad senatum postridie matrum familias caterva', — at his meliora esse ipse, opinor, concedet ea, quae egregie a Theodoro Mommsenio olim inventa ac mecum communicata sunt: 'egreditur, ad ceteras matronas pervenit. [it] ad senatum postridie matrum familias caterva'.*)

Iam per tot discrimina rerum Klotzium patienter prosecutus in eo paene sum, ut ea quae restant libenter omittam, ea fere nota signanda, quam loco cuidam Taciteo olim subscripsisse mihi videtur lector aliquis animo, ut Gellius ait, irritato indignabundus [24]): nam | cum hucusque fuerint, de quibus ambigi p. 22

*) [In re sane incertissima in *h*[b] Klotzium secutus sum.]

[24]) Pertinent haec ad locum conclamatum ab exc. d. Aug. lib. I 10: 'nec domesticis abstinebatur: abducta Neroni uxor et consulti per ludibrium pontifices, an concepto necdum edito partu rite nuberet (que tedii), et Vedii Pollionis luxus, postremo Livia gravis in remp. mater, gravis domui Caesarum noverca.' Verba enim uncis inclusa mihi nec socium

integro incipiens auditoribus quasi mirantibus, quomodo et iudicis et amici officio salvo molestiae quid ex illa re ceperit, proponere potuit Chilo, atque id ipsum praeposito pronomine demonstrativo 'hanc' satis mihi indicari videbatur, ut a libro antiquissimo recedere non auderem.

Eiusdem libri auctoritate motus ibidem § 19 scripsi 'contra ius, contra quam licet', pro quibus 'contra ius et contra quam licet' praebent *VPR*, 'contra ius contraque q. l.' commendat Klotzius. At passim talia asyndeta et apud alios scriptores et apud Gellium inveniuntur cf. modo praef. § 19 'abeant percontando, scribendo a Noctibus his procul' et ipso hoc loco 'sed id quaero, id desidero', cui eadem dicendi figura in proximis optime respondet, quae eo vel magis hic excusatur, quod gradatio quaedam utrique loco inest, ut dittographiae suspicionem olim quidem ceperim, sed mox abiecerim.

Praeclaro eiusdem libri testimonio usus ibidem § 30 scripsi 'hac, inquit, fini ames tamquam forte fortuna et osurus, hac itidem tenus oderis tamquam fortasse post amaturus', quae verba vobis, commilitones, interpretanda relinquo, quamvis quaerat Klotzius 'quid enim et ante osurus significat? qua ratione refertur ad simile illud quod his respondet in altero membro post amaturus?' 'Finiam et tamquam (s. tanquam) forte fortuna' praebent *VPR*; 'at ecce' — verba sunt I. F. Gronovii ad h. l. — 'sarcinatorem probum et suendi centonis gnarum, qui et mutare, et quasi aliquid deesset, supplere haec ausus est in Buslidiano [= Sciopp.] hoc modo: Hunc inquit amorem finiam, tanquam forte fortuna positurus. Teneo falsum manifestarium', nec Klotzius negat haec verba 'aperte interpolata esse', ex interpolata tamen hac scriptura arripit unum illud 'positurus' indeque 'post usurus' efficit, quod 'praesertim si post usitato compendio p⁹ erat scriptum, facile in positurus mutari poterat aut etiam, si compendia inter se confunderentur, in et osurus depravari.' Iam igitur videtis hominem, libri rescripti lectionem olim (act. ant. l. l. p. 695) propositam, ut assolet, ignorantem solitis his compendiorum praestigiis abuti, ut lectores doceat, quomodo haec

antiquissimi libri scriptura ex fraudulenta librorum interpolatorum lectione orta sit: at vos, etiamsi illum errorem neglegentia ortum missum faciamus, id certe, dummodo oculos aperiatis, ei non credetis, vocc. 'et' (id est & vel 7) et 'post' (p[9]) notas ita inter sese confundi solere, ut ex earum permutatione corruptelae alicuius originem demonstrare liceat, ne id, quod saepe vobis repetere soleo, hoc etiam loco repetam, qui ne suspicionem quidem offensionis praebet, corruptorum locorum medicinam ex puris, non ex turbidis fontibus hauriendam esse i. e. emendationem integrorum, non interpolatorum librorum lectionibus esse superstruendam. Qua in re id non negamus, librarios, qui codd. hos interpolatos confecerunt, ex scripturae illius genuinae corruptelis veram scripturam non minus et restituere potuisse et revera saepius restituisse quam hodieque cuilibet nostrum licet. 'Praeteriens' sicuti ipse Klotzius fecit p. 9 'commemoro', eandem ob causam in § sq. ex optimorum | librorum *VP* lectione ΦΙΛΙΑC (nam nil aliud p. 17
est ΦΙΑΙΑC in *V*; Graecis carent *AR*) maluisse me cum Gronovio scribere φιλίαις, quod praeterea sequenti plurali ἀπεχθείας accuratius respondet, quam cum codd. alterius ordinis legere φιλίᾳ, quod ab archetypi corruptela paulo longius videbatur recedere [cf. tamen Schubert Bruchstücke zu einer Methodologie d. Kritik p. 23 sqq.; Madvig adv. crit. I p. 67].

Sed ut at Palatinum redeam, ex ipso hoc limpidissimo fonte petitum est illud 'autem', quod Klotzium offendit c. 6, 6 ubi verba ex oratione Metelli de uxoribus ducendis supra (p. 13 sq.) commemorata cum proxime sequentibus defenduntur his post alia verbis: 'De molestia igitur cunctis hominibus notissima confessus eaque confessione fidem sedulitatis veritatisque commeritus, tum denique facile et procliviter, quod fuit rerum omnium validissimum atque verissimum, persuasit, civitatem autem salvam esse sine matrimoniorum frequentia non posse'. Ibi 'quum verba: civitatem — non posse nihil aliud in se comprehendant nisi quod ille persuasisse dicitur' Klotzius p. 10 credit, 'autem' 'locum eo loco habere non posse et non esse ortum nisi e διττογραφίᾳ extremarum syllabarum

verbi civitatem'.*) At mihi 'autem' illud aposiopesi quadam explicari ac servari videtur posse: ex initio enim huius sententiae 'de molestia cunctis hominibus notissima confessus' facillime perspicitur, illud 'civitatem autem' etc. opponi huic singulorum civium molestiae, tamquam post 'persuasit' additum sit 'singulis quidem matrimonium molestum esse'; at hoc additamento supersedere poterat Gellius, quod haec ipsa omnium animis per se infixa esse antea verbis 'de molestia igitur cünctis hominibus notissima confessus' satis superque indicaverat. Iam igitur cum et ratio et auctoritas conspirent, equidem lectionem hanc eo magis servandam esse duco, quod 'autem' post 'civitatem' a librario archetypi reliquorum codd. facillime poterat omitti.

Ex eodem denique libro illo rescripto c. 12, 5 scripsi, eos, qui de virgine capienda scripserint, negavisse, capi fas esse eam 'cuius parentes alter ambove servitutem servierunt aut in negotiis sordidis versantur', quamquam non nego post 'sordidis' 'di' syllabam facillime excidere potuisse et rectius fortasse scribi vel 'diversantur' vel 'deversantur', quod in *VPR* legitur; at scripturam Buslidiani 'deservierunt' et Scioppiani deservierant' ex praecedente 'servierunt' male repetitam esse non est quod vos, commilitones, doceam: Klotzio vero lectio haec Scioppiana praeter vulgatam lectionem 'diversantur' commendanda visa est, quod ipsa sententiam satis idoneam efficeret. At hoc est stercus ex libris congerere, non artem factitare.

Eiusdem capitis § 3, ubi de eadem re sermo est, cum libris et editionibus, ni fallor, omnibus scripsi 'item quae lingua debili sensuve aurium imminuta aliave qua corporis labe insignita sit'. Quae verba ipsa ex Antistio Labeone petita esse, quae Klotzii est sententia, nec negare nec contendere equidem ausim. Gellius enim h. l. argumentum tantum ex libris eorum 'qui de virgine capienda scripserunt, quorum diligentissime scripsit Labeo Antistius' excerpsit, non verba.

*) [Recte, ut mihi, iam nunc videtur cf. *h*[b] adn.]

Sed ne apud Labeonem quidem ex anxio concinnitatis studio mutatione quamvis minima, cum littera s ante sensu’ facillime potuerit omitti, cum Klotzio ‘lingua debilis’ scripserim. Gellius ipsa hac inconcinna dicendi ratione saepius utitur v. XIII 21 (20), 7 ‘rudis profecto et aure agresti homo’; ibid. 22 (21), 1 | ‘summa vir auctoritate gravitateque et a divo Hadriano in p. 18
mores atque litteras spectatus’; XVI 1, 3; XVII 18, 1; neque aliter ipsius Labeonis verba conformata sunt, a Gellio certe XX 1, 13 hoc modo allata: ‘L. Veratius fuit egregie homo inprobus atque inmani vecordia’.

Eiusdem capitis § 12 satis neglegenter me laudat Klotzius, quod in his verbis ‘gratia Papiae illae legis per senatum fit’, uti equidem pro vulgato ‘Papiae legis’ scripsi, non occultaverim quod in libris antiquis nobis traditum sit. Nam asterisco ad varietatem lectionis Gronovianae ‘om. illae’ p. VIII apposito significaveram, scripturam meam non ipsa veterum librorum fide, sed coniectura niti. Quodsi vero Klotzius ex sola ed. Coloniensi a. 1526 ‘Popiliae’ restituit, hoc ipsum non tantum ex cod. Scioppiano in ed. Gronoviana adnotatum erat, sed etiam in edd. ante Coloniensem illam, quam forte fortuna inspexit Klotzius, legitur, quod vel ex Thysii adnotatione ad § huius capitis 11 et ipsa apud Gronovium expressa discere poterat, ubi ex ‘antiqua Veneta’[18]) haec scriptura profertur. A Cramero autem, dummodo perdoctus ille excursus ad Gellium quartus, quo ipsum hoc caput enarratur, notus ei fuisset, edoceri poterat quaestionum Gellianarum auctor in scripsis editisque ante Stephanianam a. 1585 omnibus h. l. legi vel ‘Popiliae’ (sic vel ‘popilie’, quod idem est, mei omnes: ‘popilie’ *VPR*; ‘popillae’ ed. Ascens. a. 1518) vel ‘Populiae’ (script. min. p. 126). Iam igitur Klotzius, qui vitio mihi dat, quod temere hic antiquorum librorum scripturam secutus sim, hoc certe loco reprehendere me poterat, quod temere eam deseruerim. Ac fateor equidem, me diu ancipitem

18) Id est ed. Ven. a. 1477, quae ipsa ex ed. Iensoniana a. 1472 expressa est.

'se ne id quoque, quod tum suaderet, facturum esse' inveniet haec ab ipso Gellio addita esse: 'Ne id quoque dixit pro ne id quidem, infrequens nunc in loquendo, sed in libris veterum creberrimum'. Talia vero, quibus discipulis merito interdicimus, resuscitat et sectatur Gellius, quod fortasse 'ne' Klotzium 'quoque' fugiet, si in editione Gellii Hertziana emaculanda ultra librum primum progressus fuerit.*)

Tum etiam videbit c. 22 § 9 Iulium Paulum (nam hoc eius viri nomen est, non 'Iulius Paulinus') recte dici hominem 'in memoria' nostra doctissimum: nam quamvis et eo primi libri loco, quem ipse affert Klotzius, c. 18, 2 solus in sententia simillima ablativus legatur ipseque Iulius ille Paulus, quod non novit Klotzius, eodem prorsus modo 'vir memoria nostra doctissimus' dicatur lib. V 4, 1, alibi cum 'homo memoriae nostrae doctissimus' apud eundem Gellium legitur (XIII 18, 2) ipseque Iulius Paulus miro quodam casu 'poeta memoriae nostrae doctissimus' vocatur (XVI 10, 9), tum 'vir in memoria nostra praeter alios doctissimus' nominatur Sulpicius Apollinaris XVIII 4, 1 pauloque post (6, 1) Aelius Melissus dicitur 'in nostra memoria' fuisse summi loci inter grammaticos id temporis cf. XV 4, 1; 7, 1; XX 1, 20. Iam igitur id Klotzio quivis concedet 'in' particula 'carere' illo de quo agimus, loco nos posse; at is qui usum dicendi Gellianum novit, observationem hanc non ita proferet, ut de particula hac exstirpanda videatur cogitavisse.

Sed ne eam quidem Gellii proprietatem, cuius exempla ipse liber primus praebet, callet auctor quaestionum Gellianarum. Is cum legeret praefationis § 20, ubi Gellius 'ex Aristophanae choro anapaesta' haec (Ran. v. 354 sqq. Dindf.):

Εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν
Ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύει
Ἢ γενναίων ὄργια Μουσῶν μήτ' εἶδεν μήτ' ἐχόρευσεν etc.

---

*) [Eodem ne-quoque Gellius iterum utitur XX 1, 15 cf. etiam Liv. X 14, 13 et v. l. Colum. I 3, 12, quos locos etiam a Georgesio, homine diligentissimo atque accuratissimo, adnotatos video Hdwb. 7 s. v. quoque (cf. s. v. ne B 2).]

mutuatur et quam ille homo festivissimus fabulae suae spectandae legem dedit, eandem ipse commentariis suis legendis dat, ut ea ne attingat neve adeat profanum et profestum vulgus a ludo musico diversum, — hoc igitur cum legeret Reinholdus Klotzius nihil in mentem ei venit nisi hoc 'in eo genetivi forma Aristophanae me offendit'. Formam vero hanc ex-| p. 25
hibent libri, nisi quod 'aristophane' scribunt more sollemni[25]), quo in *VPR* 'popilie' scriptum esse antea vidimus quemque cum persaepe reliqui sequuntur, tum constanter fere servat *P*. Iure igitur suo etiamsi nimis dubitanter (nam praeterea 'Aristophani' proponit) hanc formam commendavit I. F. Gronovius, satis eam aliunde notam apud Gellium se tutari censens allatis nominativis pluralibus 'Socratae et Antisthenae' XIV 1, 29, 'Hippocratae' ibid. 6, 3, meritoque in verborum ordinem etsi prava quadam coniectura in adnotatione addita, eandem recepit Albertus Lion. At Klotzii apparatus Gellianus praeter unam illam cod. *A* lectionem et praeter Macrobium, quem non satis diligenter inspexit, ultra edd. Coloniensem a. 1526*), Gronovianam a. 1706, Hertzianam, quantum mihi quidem videre licuit, non porrigitur: iam igitur ne hoc quidem loco Lionis editionem inspexit. Atque id iterum fraudi ei fuit. Nam de ipsa hac forma ibi affertur C. L. Schneideri gramm. Lat. II 1, 38 indeque Gelliani usus notitiam, quam ex ipso Gellio non hausit, supplere quodam modo potuisset grammaticus Lipsiensis; nam praeter alia eius formae exempla Gelliana ibi afferuntur omnia: cum 'Euripidae' dativus VI (VII) 3, 28, tum ipsi genetivi 'Heraclidae' (in fragmento a Prisc. inst. gramm. VI § 61 p. 705 P. servato, quod in ipsa ed. Gellii 'Hertziana' legitur ad calcem lemmatum libri VIII t. I p. 232)

[25]) Sic certe *PR* cum rell., quos per praef. inspexi omnibus (Magliabecch.; Paris. 8665, 8666, la Vall. 110, S. Germ. 643; Lugdun.; Laur. supra l.), 'Aristophanis' unus Tornacensis, quem ex ed. Rom. descriptum esse olim a me adnotatum est: *V* praefatione caret, in *A* non servata est.

*) [Num Soteriana an Hittorpiana ed. huius anni Col. (cf. h^b praef. II p. CXV) usus sit, non dicit Klotzius, quod ad ipsam rem sane nullius fere momenti est.]

et Alcibiadae'; hic vero invenitur in ipso hoc primo libro, quem attente certe Klotzius perlegere debebat, c. 9, 9, cui id unum addo, hic etiam 'alcibiade' legi in *VP*, 'euripide' loco supra allato in *VP*, 'euripede' in *R*, — nam Klotzii, si dis placet, emendationem 'ex Aristophaneo choro', ut cum vetere illo Catone loquar, 'sino praeterfluere'.

Idem Cato c. 15, 9 secundum ed. meam sic loquitur 'Numquam tacet quem morbus tenet loquendi tamquam veternosum bibendi atque dormiendi. Quod si non conveniatis, cum convocari iubet, ita cupidus orationis conducat qui auscultet'. Sic scripsi ex optimorum codd. *VPR* consensu et ex Iacobi Gronovii sententia fallacibus interpolationis blanditiis, ut par erat, spretis: at Klotzius iisdem, ut assolet, allici se passus, vulgatam ex codd. dett. per editiones propagatam requirit 'ita cupidus est orationis, ut conducat', nisi quod scribendum censet 'itast cupidus'[26]). Ea vero, quae equidem scripsi, 'neque forma satis neque ipsa sententia congruere' videntur Klotzio et 'ne Catonis quidem oratio hanc verborum constructionem ferre' secundum eius sententiam potuit: mihi contra, ut ingenue fatear, ipsa haec, etiamsi paulo asperiora, tamen et ipsi sententiae et loquentis personae videntur esse aptissima. Klotzius quidem haerere videtur, quo demum modo interpretanda sint: 'nam etiam' inquit, 'si auctore Iac. Gro-
p. 26 novio cupidus orationis | ita velis interpretari, prae cupidine orationis, manet tamen ita, quod quo referatur non habet'. At quid in arte interpretandi valeret antiquarum litterarum professor ille Lipsiensis nuper videre licuit, cum his Donati ad Ter. Andr. V 4, 36; 43 verbis 'gaudemus nostris,

---

[26]) Quod si Gronovii adnotatione motus quandam voc. 'est' notam in *R* remansisse putat Klotzius, in transcursu adnotare liceat, in hoc codice ante 'conducat', nota sollemni 'ɔducat' scriptum, legi ð̣ i. e. litteram d, qualis in hoc cod. scribi solet, puncto subscripto ab ipso librario deletam, qui primum notam illam ɔ praetermittens ad 'ducat' properaturus fuisse videtur; talia enim saepissime ei acciderunt. At illud vitio non vertendum est Klotzio, qui ipsum codicem non inspexit et Gronovio, ut par erat, fidem habuit.

gratulamur alienis' significari censeret, ut ipsis eius verbis utar, 'den Sprachgebrauch, dass man gaudere von näherstehenden gratulari von fernerstehenden sage', perversaque hac interpretatione emendationem fragmenti Sallustiani ll. cc. allati fulcire conaretur (ann. phil. LXXIII 711 sq.). Iam igitur paulo minus fortasse auctoritatis Klotzianae splendore obstricti ad Catoniana illa verba accedetis, commilitones, eaque recte sic interpretabimini: 'Wenn ihr auf seine Einladung euch nicht einstellt, so möchte ein so redelustiger sich wohl einen Hörer miethen' vel, si magis Germanice orationem formare velitis 'so wäre ein in dieser Weise (in diesem Masse, ein so sehr) zu reden Begieriger im Stande, sich einen Hörer zu miethen' —; ita simplicia quivis intellegat vel, si mavult Klotzius, haec ita simplicia sunt, ut quivis ea intellegat — nam haec eo tantum inter se differunt, quod illa ipsum genus significant, haec sola praesentia spectant, — 'verbum non amplius addam'.

Non minus vero quam hic locus is, quem extremum iam ponere licet, probat, fucum a noviciis librariis orationis antiquae ab integris genuinisque codicibus servatae impositum horum ipsorum codicum ope detergendum, non renovandum esse. Vobis autem, commilitones, non longis orationis ambagibus explicandum excusandumve arbitror, cur optimorum codd. *VPR* consensum secutus c. 12, 19 scripserim 'Amata inter capiendum a pontifice maximo appellatur, quoniam, quae prima capta est, hoc fuisse nomen traditum est.' At h. l. 'sine dubio error est in editione Hertziana' iudice Klotzio, in cuius disputatione id unum recte se habet, quod observavit a me varietati lectionis Gronovianae lectionem meam 'nomen' pro Gronoviana 'nomine' neglegenter esse insertam. Quod vero ad rem attinet, non equidem 'librorum corruptelam propagare quam tuto locum emendare malui', sed spreta librariorum, qui et ipsi antiquam scripturam non intellexerunt, per codd. interpolatos correctione 'quoniam quae prima capta est, hoc fuisse nomine traditum est', antiquam illam scripturam servavi et ipsam 'ad linguae legem et ad ipsam sententiam accommodatissime' dictam. Nam sententia utriusque scripturae

est prorsus eadem; quod vero ad linguae leges attinet, si sic scriptum foret 'quoniam ei, quae prima capta fuit, hoc fuisse nomen traditum est' ne Klotzius quidem, opinor, adversaretur; nam certe, ne de aliis loquar scriptoribus, apud Gellium haec legit: 'amabo, inquit, magister, quidquid est nomen tibi, abunde multa docuisti quae ignorabamus et scire haud sane postulabamus' (IV 1, 4) aliaque similia (cf. modo lib. XV 29, ubi docetur, tres has in loquendo figuras inveniri: 'mihi nomen est Iulius', 'mihi nomen est Iulio', 'mihi nomen est Iulium'); ipse vero pronominis demonstrativi dativus omissus vos certe non offendet, quibus haec licentia inde ex eo tempore nota est, quo prima sive syntaxis ornatae, quae vocari solet, elementa sive Latine scribendi praecepta sive ex grammatica Zumptiana (§ 765 p. 614 ed. decimae) sive ex Naegelsbachii arte Lat. scribendi (§ 90 p. 243 sq. ed. alt.) sive ex similibus libris didicistis. Cuius usus exempla sat multa cum ab aliis collecta sunt tum ab I. F. Gronovio, Drakenborchio, Fabrio ad Liv.
p. 27 XXIII 15, 4 eodemque pertinent, quae Garatonius adscripsit | ad Cic. in Vatin. or. c. 5 § 12 p. 59 ed. Halm. Lipsiensis. Quibus perpensis videbitis, nec ab ipso Cicerone nec ab editione Ciceronis Klotziana (quamquam ibi in or. p. red. in sen. c. 11 § 27 'iis' ex eiusdem Lambini coni. insertum est, qui in l. Vatinianae l. 'si' perperam omisit) huius modi exempla esse aliena (cf. etiam A. Dietzschius mus. phil. XII 531 sq.). Nec Gellius hoc uno loco sic locutus est cf. II 23, 5 'Caecilii Plocium legebamus; hautquaquam mihi et qui aderant displicebat' eandemque explicationem certe admittunt lib. IX 8, 3; XVII 21, 18; XX 1, 13.*) Quomodo vero Klotzio 'ad linguae legem accommodatissime' dicta videantur haec: 'quoniam quae prima capta est hoc fuisse nomine traditum est' sane mecum mirabimini: haec scriptura, quae me quidem iudice ferri sane posset, dummodo meliore librorum auctoritate niteretur, si legeretur in 'editione Hertziana', haud scio an 'eiusmodi

*) [Addita sunt alia h^b III 1, 13 adn., ubi ad IV 4, 2 (Ser. Sulpicium) add. 'codd. cf. tamen adn.']

librariorum errores vix in ipsa editione propagandos censuerit scrupulosissimus ille elegantiarum linguae Latinae arbiter.

Haec sunt quae proposuit Klotzius ni fallor omnia: nonnulla recta, falsa et, quod peius est, perversa multa. Nos vero non id ei exprobrabimus, quod non ubique verum vidit, neque id aegre feremus, quod iniuste ac temere plerumque nos vituperat neque criticas eius rationes, quas exemplis propositis satis nostis, hoc loco amplius exagitabimus: id unum reprehendendum nobis sumimus, quod de Gellio emendando scribere ausus est ne mediocri quidem nec ipsius scriptoris nec doctae supellectilis ad eum interpretandum ac recensendum pertinentis notitia imbutus. Quod ut patefieret, arma, quibus nos adversus impetum eius tutaremur, ex ipsius Gellii armamentario desumpsimus tantum non omnia. Eam enim legem nos iis, qui litteras bonasque artes promovere student, primam praescriptam esse arbitramur, ut ea demum alios doceant, quibus assiduam atque accuratam diligentiam ipsi antea impenderint. Quodsi hanc legem observabitis, commilitones humanissimi, tum et nunc his variae eruditionis copiis large lauteque paratis, quas iam vobis apponimus, studiose utemini et olim sedulo operam dabitis, ut nonnisi matura et solida studiorum documenta orbis eruditi iudicio submittatis, ex iis litterarum provinciis deprompta, quas non modo passim atque obiter perlustraveritis, sed in quibus sedem quasi stabilem certumque domicilium ceperitis. Valete.

Scr. Gryphiswaldiae a. d. XVII Kal. Febr. a. MDCCCLVIII.

II.

Ramentorum Gellianorum (I—V) mantissa.†)

p. 5 Vt huic universitatis nostrae gratulationi symbolum aliquod ad communes litteras spectans adderetur, ipse optavi ac facile a collegis impetravi. Iucundissimum enim mihi videbatur laetissimo hoc die studiorum aliquod specimen tradere ac dedicare ei universitati, cuius egregia disciplina me quoque usum esse gratissimo animo libenter profiteor. Doleo sane, quod non minus post Niebuhrii mortem almam Rhenanam adii quam ante Ritschelii adventum ab ea discessi, doleo, quod Heinrichii et Naekii, virorum sane eruditissimorum, fracta fere erant eo tempore robur ac viriditas, sed iuvat me hic loco magis conspicuo iterare, quod ante hos duodecim fere annos in epistula ad senem venerabilem Fridericum Theophilum Welcker data, programmati ad Winckelmanni natalicia in universitate Gryphica a. 1856 celebranda et ipsi saeculari alicui memoriae instaurandae dicato*) praemissa, professus sum, illum virum cum Augusto Boeckhio et Carolo Lachmanno summum mihi studiorum ducem fuisse atque antesignanum. Iam ille nunc post vitam diutinam, cum omnium bonorum admiratione non minus propter operam egregiam in litteris positam quam propter morum candorem atque integritatem inter studia indefessa et labores immensos peractam, dignissimo otio fruitur: tamen, cum universitatem Bonnensem sane hodie quoque tot illustribus antiquarum litterarum doctoribus, iisque mihi partim familiaritatis partim officiositatis certe alicuius vinculo omnibus fere quadamtenus coniunctis, illustratam ac quasi distinctam universitatis Vratislaviensis nomine ac mandatu

---

†) Commentatio ad universitatem Bonnensem d. III. m. Aug. a. MDCCCLXVIII semisaecularia prima celebrantem data ab universitate Vratislaviensi; epistula gratulatoria ei praemissa hic omittenda esse videbatur.

*) Zum Saeculargedächtnisse an Winckelmanns Eintritt in Rom und an Johann Georg Zoega.

alloquor, dilectissimi viri imago ante animum mihi obversatur memoriamque eius temporis gratus recolo, quo non tantum scholis eius interesse, sed etiam privato consilio magistri non minus humani quam eruditi uti mihi licuit. Iam igitur libens ex iis studiorum nostrorum partibus, quae egregia Welckeri opera prae ceteris illustratae sunt, aliquid delibassem, quod ei iucundum atque acceptum esset, sed cum tandem aliquando opus Gellii Noctium Atticarum cum apparatu critico et adnotationibus edendarum per quinque illud fere iam lustra etsi sane non sine longioribus intervallis praeparatum ad finem perducendum sit, ipsum vero tempus praeterea urgeat, ab iis studiis, quae cum maxime totum me occupant, non longe discedere volui, praesertim cum quae ille proferat tam varia sint, ut ad quodvis fere litterarum non tantum antiquarum genus pertineant. Vt enim nuper anthologiae ad ius spectantis specimen inde protuli,**) sic etiam ex theologia, medicina, philosophia, neque minus ex parte eius dialectica quam ex ethica aut ex physica, eclogas diligere atque componere possim.

At hoc nunc facere nolo. Liceat mihi potius quaedam delibare, quae proprie ad unius et alterius vestrum, collegae illustrissimi, propriore aliquo vinculo mecum coniuncti, studia pertinent.

I. FRIDERICO THEOPHILO WELCKER. p. 6

Disputatur de versu quodam antiquo apud Gellium servato, qui ad vocabuli 'religio' originem et notionem spectat.

Iam igitur primum in versum aliquem supra significatum inquirere constitui, qui cum Welckeri, religionis veterum indagatoris et ingeniosissimi et eruditissimi, studiis cognationem aliquam habet. Eum vero versum ut h. l. proponerem, id quoque me movet, quod quodammodo aeque ad academiae Rhenanae atque ad academiae Viadrinae studiorum historiam pertinet, mihi autem, si hoc adicere licet, temporis illius

**) In prooemio indici lectionum per proximum semestre hib. in univ. Vratislaviensi habendarum praemisso, lib. Noct. Att. IV cap. primora quattuor emendata et adnotata exhibente.

laetissimi Bonnae peracti memoriam suscitat. Disputaverunt nimirum de religionis voc. origine principalium duarum sententiarum a veteribus ipsis ea de re propositarum propugnatores fere primarii atque acerrimi Augustus Hahn, in universitate nostra olim theologiae doctor egregius, et Carolus Immanuel Nitzsch, senex maxime reverendus hodie quoque superstes, facultatis theologicae vestrae olim decus, cuius scholis de dogmatice Christiana habitis illo tempore interesse mihi licuit. Cum enim alii a religando,*) alii a religendo**) voc. hoc deducerent, horum partes Nitzschius egit in commentatione stud. et cens. theol. ab Vllmanno et Vmbreitio editorum vol. I p. 527 sqq.; 725 sqq. inserta (cf. eiusd. libros System d. christl. Lehre [6] § 6 p. 7 sq. et akad. Vorträge über die christl. Glaubenslehre p. 16 sqq.), illorum Hahnius in programmate ad locum in huius universitatis fac. theol. ev. obtinendum a. 1834 conscripto de religionis et superstitionis natura et ratione (part. I), cui corollarium adiecit in altero programmate, quo sex annis post ipse universitatis rector novi rectoris inaugurationem indicturus de superstitionis natura ex

*) Nigidius ap. Gell. IV 9, 2; Lucr. I 931 sq. (= IV 6 sq.) Lachm. quique Lucretium affert improbata Ciceronis (v. adn. **) sententia Lact. inst. div. IV 28; Serv. ad A. VIII 349; XII 181; Augustin. de ver. rel. c. 55; [anon. Bern. mus. phil. 22, 417;] a religando, vel a relinquendo Aggenus Vrb. Gromat. I p. 23, 19 Lachm.; a relinquendo, quam tertiam sententiam veterum praeter duas illas supra commemoratas novimus, religionis voc. deduxit Ser. Sulpicius ap. Macr. Sat. III 3, 8; Masurius Sabinus ap. Gell. l. c. § 8.

**) A religendo (relegendo al.) voc. illud oriri cum 'antiquo carmine', de quo mox disputabitur, cum Varro opinabatur (v. Krahner Varronis Curio, Neobrandenb. 1851, p. 9 sq.), tum Cicero de n. d. II § 72, quem affert et sequitur Isid. orig. X 234, de voc. religiosus agens (VIII 2, 2 idem utrumque et religandi et religendi etymon ad religionis voc. explicandum adhibuerat); cf. etiam Arnob. IV 30; Augustin. retractatt. I 13, 9, ubi alterum illud etymon in libro de vera religione positum 'plus placuisse' sibi confitetur atque hoc 'ex Latini sermonis auctoribus' addit; cf. etiam de civ. dei X 3 (4 al.) 'Hunc (sc. deum) eligentes vel potius religentes (amiseramus enim negligentes), hunc ergo religentes — unde et religio dicta perhibetur — ad eum dilectione tendimus' etc.

sent. vett. inprimis Romanorum exposuit, p. 3 sqq. adn. 3 cf. p. 9.***)

Alterius vero sententiae a Nitzschio defensae fundamentum fere primarium versus est ille, in adn. **) cummaxime commemoratus, de quo iam paucis disserere liceat. 'Nigidius |
Figulus,' ait Gellius N. A. IV 9, 1 'homo ut ego arbitror p. 7
iuxta M. Varronem doctissimus, in undecimo commentariorum grammaticorum versum ex antiquo curmine refert memoria hercle dignum: 'Religentem esse oportet, † religiosus nefas', cuius autem id carmen sit non scribit'. Sic enim, ut supra scripsi, versus ille in libris mss. exstat aperte corruptus, nisi quod in cod. Parisino, olim Regio (*P*), in quo post praecedens voc. 'dignum' non distinguitur oratio, distinctio maxima exstat inter vocc. 'esse' et 'opportet', sic enim ille cum dett. nonnullis scribit; 'religiosum' autem ex dett. unum exhibere ex solo Dresselii silentio in coll. ad ed. Lionianam non semper accurate facta colligi possit. Et ne multum quidem ad rem facit, num librarii novicii an saeculi eiusdem XV. editores hanc traditae per tantum non omnes libros lectionis mutationem, quae per omnes deinceps editiones inde ab ed. principe propagata est, in versum illum intulerint, qui omnino a grammaticis intactus mansit, nisi quod Falsterus, ut ipsius Nigidii sententiae in § 2 prolatae responderet, in mem. obsc. ed. a. 1722 p. 195 'religantem' scribi voluit. Philologorum studia inde ab eo demum tempore in se convertit, quo in antiquiorem poesin Romanam accuratius inquiri coeptum est. Ac primum quidem in eo libro, quem de versu Saturnio a. 1838 conscripserunt Laurentius Lersch, homo gnavus certe et honestus, qui diu his litteris ereptus est, et Henricus Duentzer, uterque tum litteras antiquas in academia vestra docens, Duentzerus hunc versum Saturniae poesis reliquiis a se compositis inseruit p. 63, hoc modo conceptum 'Relígentém essé opórtet | Relígiósum néminem'. De ipso hoc versum illum restituendi et numeris suis reddendi

***) Reliquas recentiorum disputationes ad hanc quaestionem pertinentes enumerare hic ad rem nil facit.

conatu, vel ab ipso auctore postea reiecto, tacere praestat, id autem recte fere mihi administrasse visus est Duentzerus, quod et sententiosorum carminum reliquiis hoc fragmentum inseruit et Saturnio metro includendum esse censuit. Quattuordecim demum annis post librorum antiquorum scriptura ‘religiosus’, de qua Gronovii nihil adnotarant, ex schedis meis excerpta et publici iuris facta est ab Ottone Ribbeck, ex urbe nostra oriundo, egregio disciplinae Bonnensis alumno, in trag. Lat. rell. p. 219, qui hunc v. reliquiis ex inc. inc. fabb. petitis inseruit (fr. LXXXI v. 148) hoc modo:

. . religentem ésse oportet, át religiosúmst nefas.*)

Nec dubito cum eo ibid. p. 348, quin carminis nomen de quovis poeseos genere usurpatum sit; at cum carmina antiqua sententiosa norimus, Appii Caeci sententias, Marcii vatis praecepta, Catonis carmen de moribus, non videbam, cur demum versus hic sententiosus tragoediae ‘reddendus’ esset, cum ita ut in antiquis libris traditus est ne metro quidem alicui in tragoediis usitato responderet. Assensus est Ribbeckio Eduardus Luebbertus, et ipse Silesius, in utraque academia eruditus, quem praestantissimum deinde nos collegam experti sumus, quaestionum pontificalium p. 3; ex tragoedia expellendum sibi videri in iterata de hoc v. disputatione significavit Duentzerus in Zeitschr. f. d. Gymnw. 1857 p. 16, ubi vestigiis Ribbeckii fere insistens versum sic constituit:

Animum religentem esse oportet, religiosum sit nefas.

p. 8 At si hac scilicet in re vel contra duoviros illos cum eo faciendum esse mihi arbitrabar, tamen non videbam, cur cum eo, qui suae de voc. ‘carmen’ sententiae probabilitatis aliquid inde accedere voluit, hunc versum a Nigidio Figulo non ‘ex antiquo carmine’, ut Gellius ait, relatum esse censeremus, ex maiore sc. aliquo carmine desumptum, sed statuamus, grammaticum illum dixisse, haec ‘in antiquo carmine’ legi idque a Gellio male intellectum esse. Id vero in conatu eius certe laudandum est, quod plenam hanc sententiam plenum versum

---

*) Sic secundum Ribbeckium et ipse edidi a. 1853.

efficere voluit, non ab initio mutilum. Cum vero sententiosa Romanorum carmina antiqua, id quod vel de eorum recentissimo, a viro tenacissimo moris a maioribus traditi conscripto, summa cum probabilitate statuit Fridericus Ritschelius in poesis Saturn. spicil. I., quo ad natalicia regis in universitate vestra celebranda invitavit a. 1854 [= opusc. IV 297 sqq.], versibus Saturniis conscripta sint, mihi a priori, ut philosophi dicunt, rem contemplanti maxime probabile videbatur, hunc quoque versum, ex horum aliquo hisve simili carmine desumptum, eodem metro inclusum fuisse. In instaurando autem hoc versu id animum meum advertit, quod, cum 'religentem' accusativus praecedat, vix ratio aliqua excogitari potest, qua moti librarii nominativum 'religiosus' versui huic intulerint, si 'religiosum' accusativus in archetypo exstitisset. Is igitur nominativus sanitatis fere ut ita dicam, praesumptione gaudere eoque intactus relinquendus esse mihi videbatur, si modo fieri posset. At spei de versu hoc modo instaurando non respondit eventus; nam ut in Saturnii alicuius iusti et ad traditam scripturam prope se applicantis formam verba redigerem, mihi non contigit.*) Nec multo melius res cessit Fleckeiseno, arbitro harum rerum eruditissimo, qui ipse de opera sua in hoc versu restituendo posita propediem aget in annalibus philologicis a se editis. Cuius rei cum me tum demum certiorem fecerit (ipse nescius, me quoque ea de re cum maxime aliquid perscripturum esse), cum haec fere litteris iam consignata essent, supprimere ea vix potui, cum hae

---

*) Erat cum haec mihi versus forma arrideret: 'Religéntem ésse opórtet réligiosús ne fias'; sane synizesis illa, quam tum ad 'religiosus' adhibere oportet, a senariis et septenariis abest (v. Ritschl prolegg. ad Trin. p. CLX sq.; mus. phil. VII 595 sqq. = Opusc. II 594 sqq. cum additamento p. 600 sqq. coll. eod. de decl. quad. Lat. recond. p. 20 [= opusc. IV 463]), licita vero est in metris liberioribus, in anapaesticis potissimum et octonariis; eandem vero etiam a Saturniorum 'vetere Latinitate' abesse iussit vir harum rerum peritissimus de sepulcr. Fur. Tusc. p. VIII ([= opusc. IV 265] cf. mus. phil. XIV 505), nec habeo, quo hanc licentiam iis vindicem. Habent fortasse alii.

plagellae typothetae iam nunc quam celerrime tradendae essent, ut iusto tempore ad vos perferrentur, neque id committere equidem vellem, ut ἀσύμβολος Welckerum, praeceptorem dilectissimum, philologum primarium, praeterirem. Λύσιν quidem ea via, qua eam inventum iri iustis, ut etiam nunc credo, ratiocinationibus motus credebam, non inveni; tamen haec quae vobiscum communicarentur non prorsus indigna esse visa sunt, quia viam fortasse aperient iustae emendationi, sive a Bonnensi sive ab alio quodam philologo inveniendae. Ipse autem Welckerus pro indulgentia sua mihi non succensebit, quod munusculum non omnibus numeris expolitum et absolutum ei trado, dummodo veritatis, quam senex candidissimus semper unice amavit, indagandae studiosum me agnoverit. Interim si a Saturniis recedendum est, melius fortasse quam quae hucusque prolata sunt placebit septenarius hic: |

p. 9 Religentem ted esse oportet, sed religiosum nefas*);

sed magis sane ad meam ipsius de nominativo 'religiosus' si modo fieri possit servando observationem sese applicat is versus, eodem metro conceptus, quem loco supra significato proponet Fleckeisenus. ['Religentem ted esse oportet, religiosus ne fuas' ann. phil. 97, 415 sq.; alia, quae his interim accesserunt, et aliena et mea proposita sunt in *hb* et in adn. ad h. l. et in addendis.]

II. OTTONI IAHN.

Explicatur locus Symposii Platonici ope Gellii adhibita; emendatur eiusdem Gellii locus de aspiratione Attica.

Non minus quam religioni Graecorum artis quoque eorum historiae, condicionibus, legibus operam maxime salutiferam impendisse Welckerum, cum summa quaeque divina fere quadam intuitione indagantem, tum vel minima indefesso studio maximaque industria perquirentem, non est quod dicam.

---

*) De 'ted' accusativo, qui aeque facile post 'tem' excidere potuit quam 'set' post 'oportet' cf. Franc. Bücheler, quem et ipsum scholae Bonnensi decori esse non ignoratis, d. lat. Decl. p. 25 sq. coll. Ritschelio opusc. II 340 sq. n. **.

Iam igitur id quoque ad studia eius paulo artius pertinebit, quod hic commentationi de Apollodoro statuario ac philosopho, anno praeterito Vratislaviae a me editae, additurus sum. Simul vero vel propius ad eum virum spectabit, qui nunc summa cum laude antiquitatis artiumque studiis in universitate vestra praeest: nam eius fere de Apollodoro illo sententia contra meam quandam de eo coniecturam pronuntiata ad commentationem illam conscribendam me movit; nunc autem ut eo revertar, fit Symposii Platonici, nuper accuratissima et utilissima opera ab eodem Ottone Iahn editi, loco aliquo, qui mihi Gellii ope adhibita videtur explicari posse. Quam interpretationem, simplicitate sua sese commendantem, a viro eruditissimo probatum iri et cupio et spero.†) Narrantem enim ibi sub ipsum convivii initium p. 172 A. Apollodorum facit Plato sic: . . . καὶ γὰρ ἐτύγχανον πρώην εἰς ἄστυ οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρόθεν. τῶν οὖν γνωρίμων τις ὄπισθεν κατιδών με πόρρωθεν ἐκάλεσε καὶ παίζων ἅμα τῇ κλήσει 'Ὦ**) Φαληρεύς' ἔφη 'οὗτος' Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμενεῖς'; κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα etc. Quaeritur ibi, qua in re demum iocus positus sit, quo ille Apollodori familiaris usus esse dicitur. Nolo omnia repetere, quae ad facetias has explicandas magis minusve facete prolata sunt, sive pomparum sollemnium, quae Φαληρόθεν in urbem migrare solebant, tarditati celerrimus Apollodori, hominis μανικοῦ, ingressus opponi putatur, sive in una pronuntiationis sonique aliqua festivitate invocationisve huius adiuncto demi nomine sollemnitate iocus ille quaeritur, sive, quod nuperrime opinati sunt, Phalerei omnes aut tamquam μανικοὶ male audivisse videri dicuntur, quae Schenkelii est sententia de nonnullis Convivii locis in act. gymn. Austr. a. 1861 p. 589 sqq. disserentis, aut fugacitatem, quod Badhamus censet ed. suae p. III, iis exprobrasse

†) [Ipse equidem iam omnino probandam esse censeo sententiam a Mauricio Schmidt mus. phil. 27, 481 prolatam, iocum unice quaerendum esse in forma metrica illius κλήσεως 'Ὦ Φαληρεὺς οὗτος Ἀπολλόδωρος', quae efficit hendecasyllabum Sapphicum.]

**) ὦ Bodl. cum libris melioribus tantum non omnibus; [ὁ Vind. 21]; ὁ cum dett. aliquot [ex Bekkeri silentio] olim vg. edebatur.

censentur Athenienses; mihi potius ii recte iudicasse videntur, qui in ipso nomine Φαληρεὺς in invocatione illa pronuntiato facetiarum aliquid latere putaverunt. Ac recte Astius fulicae mentionem iniecisse videtur, quae avis Graece φαλαρὶς s. φαληρὶς
p. 10 vocatur. Et ille quidem, | candidae cuiusdam in capite fulicae labeculae memor, quam cum φάλῳ quodammodo componit Buttmannus lexilog. II 248 sq., de Apollodori calvitie cogitavit, quod ita placuit Hieronymo Müller, ut 'Glatzenheimer' Φαληρεὺς illud vertendum sibi esse putaret; at de incessu potius cogitandum esse videtur, cuius etiam Hommelius mentionem iniecit, sed ita ut remotissima quaeque et partim certe falsa afferret; mihi contra una fulicae ac sub fulicae fere nomine Apollodori celeritas spectari videtur; nam ὄρνεον illud λιμναῖον*) εὐπρεπὲς, ut cum schol. Ar. Av. v. 565 loquar, ob summam celeritatem tam notum fuisse, ut in proverbium fere abierit, docet Furii Antiatis versus ap. Gellium XVIII 11, 4 servatus:

Sicut fulica**) levis volitat super aequora classis.

Iam igitur celeriter in regione paludosa Athenas properantem familiaris demi nomine sollemniter, ut primo obtutu apparet, addito, ita potius alloquitur, ut festive avis illius palustris fere ὁμωνύμου celerrime 'volitantis' memoria oboriatur, quae festivitas eo augetur, quod ea sive quaestio sive provocatio 'οὐ περιμενεῖς;' celeritati huic et amici et avis fere opposita est. Ipsa vero illa celeritas optime congruit cum illa animi vehementia, quae μανικοῦ cognomen Apollodoro contraxit. Quantopere Graeci in nominibus propriis talibus lusibus gavisi sint et quam facile

---

*) Facillime igitur memoria eius h. l. suscitatur, cum paludosam regionem Phaleream fuisse constet ex Xen. Oec. 19, 6 ὑγρὰ δὲ ἡ (sc. γῆ μοι δοκεῖ εἶναι) ἐν τῷ Φαληρικῷ ἕλει. Si Stallbaumius h. l. in adn. afferens ad ipsam hanc regionis illius condicionem alludi censet (quamvis concedens praeterea ille, fieri posse, ut simul hominis incessus significetur), equidem non video, ubinam iocus quaerendus sit.

**) Etiamsi enim haec verba interpolationi demum debentur, interpolator tamen certe antiquus et ipso Gellio fortasse vetustior non minus idoneus testis est quam ipse Furius Antias. Cf. quae de hoc versu disputavi in comm. de A. Gellio et Nonio Marc. ann. ph. 85, 719 sq., 16 [infra descripta et in adn. ed. *h*[b]]

tales lusus intellexerint, non tantum comoedia docet.***) Sed hoc h. l. persequi longum est; id tamen addere licebit, in ipso hoc Platonis Convivio paucis pagellis post in Agathonis nomine similiter ludere Socratem, proverbio illo allato:

Αὐτοματοὶ δ'ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν (ἵενται al.),

quod a se ita mutando corruptum dicit (p. 174 B): ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. Nam ibi certe Agathonis, ad quem pergit cum Aristodemo Socrates, memoriam quandam subesse patet: ipsum autem nomen 'Ἀγάθων' cum Lachmanno praef. Babr. p. XIX, quem sequitur Iahnius,†) in verborum ordinem inferre nolim. Nam me quidem iudice ex universo disputationis huius filo ac nexu, cum de unius ἀγαθῶν et δειλῶν s. φαύλων et σοφῶν discrimine agatur, atque imprimis ex iis, quae de eodem proverbio ab | Homero non p. 11 tantum corrupto, sed fere vitiato proferuntur, hoc apparere videtur, iocosam quidem ipsius Agathonis nominis mentionem subintellegi posse, palam autem, ut ita dicam, agi de ea proverbii forma, quam h. certe l. tamquam primariam proponit Plato,

Αὐτοματοὶ δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐ. δ. ἰ.

in Αὐτοματοὶ δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐ. δ. ἰ.

mutata, ut vulgo olim intellectum est.*) Quomodo ipsum

***) Totam hanc interpretationem I. G. Schneideri ad Arist. h. an VIII 5, 8 (VIII 3, 48 al.) adnotationi superstruxi, qui dixit ex φαλαρίδος ap. Ath. X p. 395e descriptione non dubitandum videri, quin haec avis cum Conr. Gesnero pro fulica Linn. habenda sit; cf. eiusdem ad Colum. VIII 15, 1 comm. At nunc sane video, ea de re dubitare naturae scrutatores peritissimos, Aubertum et Wimmerum, ed. lib. Aristot. nuper emissae I p. 80; 110 nr. 112, qui rem omnino in incerto relinquunt, mergi aliquod genus subesse conicientes. Sed indoles 'mergis fulicisque palustribus' (Ov. Met. VIII 625) fere eadem est ac res ipsa eodem rediret; de Gellio tantum ad interpretationem adhibendo actum esset.

†) Caute ἐπέχει Voegelinus ex Baitero suo quaerens N. schweiz. Mus. VI 279 'Was sagen Sie zu Lachmanns und Jahns καὶ 'Ἀγάθων' ἐπὶ δαῖτας?'

*) De ipso proverbio eiusque formis praeter schol. ad h. l. cf. Zen. prov. cent. II 19 ibique adn. ed. Gott. I p. 36 sq. [add. AHug ed. Convivii in adn. ad h. l. p. 12 sqq.; 213 sqq.[2] quasque affert et suas et aliorum disputationes.]

Agathonis nomen in h. l. pro ἀγαθῶν inferri, tum autem disputatio ita continuari possit, ut nulla eius, sed unice horum ratio habeatur, non perspicio; optime autem convenit memoria eius quasi praetereundo per similem verborum sonum facete provocata.

Ipsa haec Symposii Platonici mentio excitat memoriam alicuius loci Gelliani, cuius argumentum arte cum subtiliore quadam grammaticae Graecae quaestione cohaeret ad pneumatologiam, quae vocatur, spectante. Hic quoque, etiamsi ipsius Symposii locos, qui mox indicabuntur, in censum vocare nolis, ab Ottonis fere Iahnii studiis ordiendum est. In comm. enim non tantum bonae frugis et elegantissimae doctrinae plenissima, sed ita quoque conscripta, ut summa cum delectatione eam perlegas, Einl. z. griech. Vasenkunde, quam praemisit catalogo vasorum collectionis Monac., identidem agit de Atticorum aspirandi more, quos χαίρειν τῇ δασείᾳ dixit Aelius Dionysius quosque vel δασυντάς inde vocatos esse compertum habemus v. p. CLVII sq.; CLXX; CLXXXVII; CXCVIII; CCXXXIII, 1448; cf. eund. comm. soc. Sax. VIII 739, 120 quosque c. illic p. CLVII, 1097 add. et duobusviris his litteris nimis mature nuper ereptis C. Keilio sched. epigraph. p. 6 sqq. (cum iis quos comm. p. 6) atque A. Lentzio philol. suppl. I 703 sqq. et G. Curtio, disciplinae Bonnensis alumno primario, etym. Gr.[2] p. 617. Gellius autem hac de re ita loquitur lib. II 3, 1 sq.: 'H litteram, sive illam spiritum magis quam litteram dici oportet, inserebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus eorum esset viridior vegetiorque; atque id videntur fecisse studio et exemplo linguae Atticae. (§ 2) Satis notum est, Atticos ἱχθὺν et †IPPON et multa itidem alia contra morem gentium Graeciae ceterarum inspirantis primae litterae dixisse.' Quibus in verbis vix aliud notandum est quam alterum illud exemplum Atticorum 'primae litterae inspirantium' consuetudinis: 'inspirantis' enim recte se habet, dummodo accus. plur. esse concedas; id unum addere liceat, Stephanum, orationi artius conectendae intentum, in ipso paragraphi 2 initio posuisse:

'Satis enim notum est.' Quod vero ad exemplum illud attinet, 'IPPON', ut supra scriptum est, exhibent duo testes optimi *V* et *P*, 'ippō' *R*, 'ἱρὸν' σ, 'ἵρρον' et 'ἱρρὸν' et 'ἵρον' et 'ἱρὶν' codd. dett. Edd. vett., om. cum parte codd. dett. praecedente 'et', quod in *VPRσ* exstat ('καὶ' ς alii), si a spiritibus atque accentibus varie mutatis discedas, praebent 'ἰχθὺν ἶρον .i. piscem pauperem' (debebant certe 'piscem, Irum' cf. adn. I. F. Gronovii); et de ἰχθὺν quidem sufficit Eustath. 437, 12; 928, 15; 1720, 43; Lobeckii ad Soph. Ai. [2] v. 1297 adn. coll. pathol. elem. I 183, 55; Lentzium l. c. p. 693; 705 attulisse; de Ἶρος nomine, quod postea in omnes mendicos | translatum est, v. ll. et ab editoribus Steph. thes. Parisinis s. v. Ἶρος et a Benselero in Onomatol. Gr. s. v. Ἶρος num. 5 congestos. At hoc voc. non magis ad Atticos pertinere scimus quam ἱρὸς voc. ('ἰχθὺν ἱερὸν s. ἵρον .i. piscem sacrum' proponebat Cael. Rhodiginus antiq. lect. VII 12), de quo una cum al. vocc. a litt. ιρ ordientibus cf. Lentz l. c. p. 684; 759 sq.; quae autem hucusque praeterea coniecerunt vv. dd. a litterarum traditarum apicibus nimis longe recedunt: nam ἰχῶρα ad marg. Gellii sui teste Thysio ad h. l. adscripserat Scaliger, quae coniectura ne summo quidem summi viri admiratori placebit Iacobo Bernaysio — nostrone dicam an vestro? sed mavult ille vester esse —, εἱρμὸν temptavit Lobeckius ad Soph. Ai. l. c., de ΙΚΡΙΟΝ, ΑΦΡΟϹ, ΙΤΡΙΟΝ inferendis paulo magis probabiliter cogitabat C. Keil l. c., de ἴδριν Gustavus Wolff; ac sane ex iis, quae ab Atticis aspirata esse compertum habemus, nullum prope ad IPPON litteras accedit, ex quibus neglegentius transscriptis, ut in cod. *R* fieri solet in paucis, quae servavit, frustulis Graecis, 'ippō' ortum est. At vel ad IPPON proxime ἵππον accederet, quod sane adversus generales quidem canones aspiratur (cf. ll. a Lentzio p. 753 sq. coll. p. 759 indicatos), sed non a solis Atticis. Erat cum Ὕρρον temptarem (Ὕρρας κύριον Αἰολικόν, διὸ καὶ ψιλοῦται Eustath. 13, 45 cf. de (H)Yrrae s. (H)Yrradii nomine Ahrens dial. Aeol. p. 21; 26, 5; Ὕρρος vero ap. Herod. cath. prosod. epit. p. 85, 11 MS. exstat); at nec hic Atticorum fit mentio. Nunc igitur aliam viam ad voc.

p. 12

hoc recuperandum ingressus pro IPPON scribi velim IPRON i. e. ἵ pronomen. Quod palaeographiae quidem ratione habita optime se commendare non est quod fusius exponam, cum Graeca et Latina litteris maioribus in scriptura continenti sibi insidentia, postea, in libros litt. ceterum Lat. minoribus scriptos translata, haud raro ita coaluerint. Nomen vero voc. non tantum NOM̄ nota ac similibus, sed simplici etiam littera N. exprimi notum est. Ipsa vero illa nominativi pronominis personalis in persona tertia forma ἵ s. ἴ insolita nunc in uno tantum videtur Oenomai Sophocleae fragmento (Soph. fr. 427 Nck.) ab Apoll. de pron. p. 70 B [p. 55, 21 RS.], schol. Il. XXII 410 servato, quod recte emendatum est a Guil. Dindorfio, pro certo indicari posse,*) a grammaticis vero veteribus satis saepe alterutrius huius pronominis formae mentio inicitur cf. ll. allatos a Buttmanno A. Gr. Gramm. I [2] p. 283 sq.; Max. Schmidt de pronom. Gr. et Lat. p. 12 sqq.; Guil. Dindorf in Steph. Lex. Paris. s. v.; Osanno de pron. is, ea, id formis p. 4 sqq.; H. L. Ahrens Zeitschr. f. vgl. Sprachforsch. VIII 343 sq.; Schömanno d. Lehre v. d. Redetheilen p. 107; 109 sq. ipsasque vv. horum dd. disputationes. Huius autem pronominis aspirationem Atticis propriam esse me quidem iudice aperte testatur Apoll. l. c. C. [lin. 26 S.], qui dicit τὸ ἵωροί παρὰ Ἀττικοῖς ὁμολογεῖν τὴν ἀντωνυμίαν (sc. eam de qua cum maxime loquimur pronominis formam), quod voc. coll. vocc. πυλωρὸς et θυρωρὸς censet τοὺς αὐτῆς τῆς πόλεως φύλακας significare.
p. 13 Tum autem addit | 'καλοῦνται δὲ καὶ οἱ αὐθιγενεῖς παρὰ Ῥοδίοις (de lect. v. Bekkerum p. 182; [RSchneiderum p. 56, 3]) ἵγνητες,

*) Non est quod moneam peritos, id quod supra posui, Convivii sc. Platonici mentione Gelliani huius loci a me emendati memorem me factum esse, pertinere ad Conv. p. 175 C. et 223 D., ubi ἵ restituturus erat Bekkerus comm. ad Conv. (p. 375, 11; 469, 8 ed. suae) crit. I p. 337; 362, adiectis variae lectioni priore loco verbis his 'hic si usquam obsoleto illi ἵ locus'; at recte ex posterioribus editoribus nemo obtemperavit grammatico primario (licere se velle dixit C. F. Hermannus ad l. alterum praef. p. XVII); cf. quae nuperrime scite ea de re disputavit Voegelinus l. c. p. 339 coll. p. 280.

τῆς δασείας Ἀττικῶς προσελθούσης,' forma sc. pronominis more Attico, quem in hoc igitur voc. Rhodii et ipsi observarunt sec. Apollonium, aspirata ad alteram verbi partem accedente; quem locum a grammatico illustrissimo H. L. Ahrens l. supra c. non recte intellectum eoque non recte temptatum esse arbitror.

III. HVGONI RVEHLE.

De diebus criticis locus emendatur.

Postquam nuper ICtis, supra theologis patellam aliquam Gellianam apposui, iam liceat ferculum medicum inferre. Quod eo libentius facio, non tantum ut ordini universitatis vestrae gratiosissimo, virorum illustrissimorum consortio insigni, gratiosum, quantum doctori umbratico licet, et ipsum me praestem, sed etiam, ut ei huius ordinis sodali, ad quem loci supra indicati argumentum proprie pertinet, Hugoni Ruehle, una cum collegis illustrissimis Veitio et Rindfleischio cum nostra quoque academia ac provincia artiore quodam necessitudinis vinculo coniuncto, veteris sodalicii Gryphiswaldensis memorem me ostendam. Is vero locus, quem propositurus sum, alterum exemplum eiusdem vitii praebet, quod modo sanare studui — nam philologorum negotia partim certe tam prope medicorum operae cognata sunt, ut iisdem terminis, qui vocantur, technicis utrobique uti liceat*) —, litterarum sc. Graecarum et Latinarum perperam in unum vocabulum coniunctarum, cui in hoc loco alterum vitium accedit idque frequentissimum geminationis. In eo enim capite, in quo de 'septenarii numeri vi et facultate in multis naturae rebus animadversa' disserentem producit M. Terentium Varronem, hominem multarum aliarum rerum maxime peritum, eo modo, qui Ennemoseri, medicinae olim apud vos professoris, rationibus magis accommodatus esset quam 'exactae disquisitioni', quae iam nunc Iunonem medicos pro nube illa pseudophilosopha speculationum, quae vocabantur, seu potius superstitionum

*) cf. quae a. 1849 exposui in libello 'ein philol. klin. Streifzug inscripto p. 8 sqq.

amplecti sinit, lib. III cap. 10, haec tradit Gellius § 14: 'Discrimina etiam periculorum in morbis maiore vi fieri putat (sc. Varro) in diebus, qui conficiuntur ex numero septenario, eosque dies omnium maxime, ita ut medici appellant, κριτικοὺς ἢ κρισίμους cuique videri primam hebdomadam et secundam et tertiam' secundum lectionem per editiones pervagatam. At illud 'cuique', quod nec ex noviciis libris aliunde quam ex silentio Dresselii testatum habeo, ineptum est; neque ita vel libri deteriores certe plerique exhibent, sed praebent 'cui' libros optimos *VP* (in *R* finis huius cap. omittitur) presse fere secuti, quorum ille 'Cui' exhibet, hic '.Cui'; unus tantum ex recc. (Barberin. A) hoc voc. omnino omittere dicitur a Dresselio. Praeterea adnotandum est, illud quoque 'κριτικοὺς ἢ' recenti interpolationi deberi, per libb. recc. (qui vel sic vel 'κριτικοὺς αΓ' vel sim. exhibent vel utrumque voc. 'κριτικοὺς' et 'κρισίμοὺς' a variis manibus add. praebent; unus 'κριτικοῖς' solum) grassatae; ipsa haec v. l. manifestum reddit, meram adesse dittographiam;
p. 14 unum KPICIMOYC affert Vaticanus cum | Vrbinate,*) qui Graeca ex fonte limpido hausit. Quod vero ad 'Cui' illud attinet, propter quod hunc locum attuli, hoc et ipsum, quod forte fortuna factum est in cod. illo Barb., consulto eiciendum est, ita scil. ortum, ut in vocc. KPICIMOYCVIDERI (κρισίμους videri) extrema prioris voc. littera Graeca cum primis duabus alterius voc. litteris Latinis perperam geminaretur et inter utramque hanc vocem tamquam dativus pron. rel. lat. intruderetur hoc modo KPICIMOYCCVIVIDERI i. e. κρισίμους Cui (s. 'cui') uideri.**)

IV. ARNOLDO SCHAEFER.

De Gellii capitum libri primi quinti et octavi fonte observatiunculae.

At ex medicorum castris statim me recipio. Nam sane summis, quibus divina me beavit providentia, beneficiis id

*) In *P* litt. tantum, ut post lib. II cap. 23 solet, initiales KPI exstant, dimid. fere lin. spatio vac. rel.; sed certe is, qui hunc librum codici *V* proxime cognatum scripsit, in archetypo nil nisi KPICIMOYC invenerat.

**) [Cf. vind. Gell. alt. p. 46; simillime II 21, 4 pro 'quod ἄμαξαν' ς part. 'quod oda ἄμαξαν' - quod oda E(Θ *T*)MaΞaN *VPTY*ς -].

adnumero, quod medicorum aliquot primariorum amicitia fruor, ex quibus omnium instar praeter Mauricium Henricum Romberg, avunculum carissimum, quem maxime et diligo et veneror, Felicem de Niemeyer, fidissimum olim sodalem Gryphiswaldensem, nominare mihi liceat; sed ad artem eorum tum demum studia mea convertere soleo, si ad Gellii caput aliquod sive interpretandum sive emendandum ea indigeo, una tantum, ut philologum decet, parte excepta, quam hodie plerique sane medici a se alienam putant, historica sc., quatenus litterarum antiquarum spectat historiam. Eo enim cum meorum ipsius studiorum atque officii ratio me vocat, tum suavissima atque per tredecim paene annos sine ullo fere intervallo primum in Gryphica, tum in hac academia continuata consuetudo viri eruditissimi, amici candidissimi, collegae maxime amabilis, Henrici Haeser, quem in ipsa hac studiorum medicorum parte principem locum obtinere et inter medicos et inter philologos nemo ignorat nisi βάναυσοι. At iam sentio, me paulo arrogantius hoc loco vobis, viri illustrissimi, videri de me meisque condicionibus loquentem: excusatum vero me iri spero, si ingenue fassus ero, haec non tam vobis scripta esse, quam vestrum uni, qui mihi non minus carus est quam vobis per sat breve tempus carum eum factum esse et scio et gaudeo. Nam cum amicorum et sodalium Gryphiswaldensium memoriam excito, tua ante animum atque oculos mihi obversatur imago, Arnolde Schaefer, atque dulcissimum consortium illud, quod nos ac nobiscum praestantissimos aliquot viros coniunxit, cum hos, quos cum maxime commemoravi, qui et ipsi academiam illam reliquerunt quibusque Georgium Beseler, Guilelmum Gass, Hermannum Reuter, nunc nostratem, Augustum Anschütz, virum denique beatae memoriae Augustum Hahn Aug. f. adiungere iuvat — nam Bernardus Windscheid, sodalis suavissimus, quem Bonnenses, Basileenses, Gryphiswaldenses, Monacenses certatim suum fuisse gloriati sunt sibique invicem eripuerunt, iam ante adventum tuum discesserat —, tum eos, qui etiam nunc universitati Pomeranae decori sunt atque ornamento. Tu autem profectus a studiis philologicis, a quibus numquam

plagellae typothetae iam nunc quam celerrime tradendae essent, ut iusto tempore ad vos perferrentur, neque id committere equidem vellem, ut ἀσύμβολος Welckerum, praeceptorem dilectissimum, philologum primarium, praeterirem. Λύσιν quidem ea via, qua eam inventum iri iustis, ut etiam nunc credo, ratiocinationibus motus credebam, non inveni; tamen haec quae vobiscum communicarentur non prorsus indigna esse visa sunt, quia viam fortasse aperient iustae emendationi, sive a Bonnensi sive ab alio quodam philologo inveniendae. Ipse autem Welckerus pro indulgentia sua mihi non succensebit, quod munusculum non omnibus numeris expolitum et absolutum ei trado, dummodo veritatis, quam senex candidissimus semper unice amavit, indagandae studiosum me agnoverit. Interim si a Saturniis recedendum est, melius fortasse quam quae hucusque prolata sunt placebit septenarius hic: |

p. 9 Religentem ted esse oportet, sed religiosum nefas*);

sed magis sane ad meam ipsius de nominativo 'religiosus' si modo fieri possit servando observationem sese applicat is versus, eodem metro conceptus, quem loco supra significato proponet Fleckeisenus. ['Religentem ted esse oportet, religiosus ne fuas' ann. phil. 97, 415 sq.; alia, quae his interim accesserunt, et aliena et mea proposita sunt in *hb* et in adn. ad h. l. et in addendis.]

II. OTTONI IAHN.

Explicatur locus Symposii Platonici ope Gellii adhibita; emendatur eiusdem Gellii locus de aspiratione Attica.

Non minus quam religioni Graecorum artis quoque eorum historiae, condicionibus, legibus operam maxime salutiferam impendisse Welckerum, cum summa quaeque divina fere quadam intuitione indagantem, tum vel minima indefesso studio maximaque industria perquirentem, non est quod dicam.

*) De 'ted' accusativo, qui aeque facile post 'tem' excidere potuit quam 'set' post 'oportet' cf. Franc. Bücheler, quem et ipsum scholae Bonnensi decori esse non ignoratis, d. lat. Decl. p. 25 sq. coll. Ritschelio opusc. II 340 sq. n. **.

Iam igitur id quoque ad studia eius paulo artius pertinebit, quod hic commentationi de Apollodoro statuario ac philosopho, anno praeterito Vratislaviae a me editae, additurus sum. Simul vero vel propius ad eum virum spectabit, qui nunc summa cum laude antiquitatis artiumque studiis in universitate vestra praeest: nam eius fere de Apollodoro illo sententia contra meam quandam de eo coniecturam pronuntiata ad commentationem illam conscribendam me movit; nunc autem ut eo revertar, fit Symposii Platonici, nuper accuratissima et utilissima opera ab eodem Ottone Iahn editi, loco aliquo, qui mihi Gellii ope adhibita videtur explicari posse. Quam interpretationem, simplicitate sua sese commendantem, a viro eruditissimo probatum iri et cupio et spero.†) Narrantem enim ibi sub ipsum convivii initium p. 172 A. Apollodorum facit Plato sic: . . . καὶ γὰρ ἐτύγχανον πρώην εἰς ἄστυ οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρόθεν. τῶν οὖν γνωρίμων τις ὄπισθεν κατιδών με πόρρωθεν ἐκάλεσε καὶ παίζων ἅμα τῇ κλήσει 'Ὦ**) Φαληρεύς' ἔφη 'οὗτος' Απολλόδωρος, οὐ περιμενεῖς'; κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα etc. Quaeritur ibi, qua in re demum iocus positus sit, quo ille Apollodori familiaris usus esse dicitur. Nolo omnia repetere, quae ad facetias has explicandas magis minusve facete prolata sunt, sive pomparum sollemnium, quae Φαληρόθεν in urbem migrare solebant, tarditati celerrimus Apollodori, hominis μανικοῦ, ingressus opponi putatur, sive in una pronuntiationis sonique aliqua festivitate invocationisve huius adiuncto demi nomine sollemnitate iocus ille quaeritur, sive, quod nuperrime opinati sunt, Phalerei omnes aut tamquam μανικοὶ male audivisse videri dicuntur, quae Schenkelii est sententia de nonnullis Convivii locis in act. gymn. Austr. a. 1861 p. 589 sqq. disserentis, aut fugacitatem, quod Badhamus censet ed. suae p. III, iis exprobrasse

†) [Ipse equidem iam omnino probandam esse censeo sententiam a Mauricio Schmidt mus. phil. 27, 481 prolatam, iocum unice quaerendum esse in forma metrica illius κλήσεως 'Ὦ Φαληρεὺς οὗτος Ἀπολλόδωρος', quae efficit hendecasyllabum Sapphicum.]

**) ὦ Bodl. cum libris melioribus tantum non omnibus; [ὁ Vind. 21]; ὁ cum dett. aliquot [ex Bekkeri silentio] olim vg. edebatur.

censentur Athenienses; mihi potius ii recte iudicasse videntur, qui in ipso nomine Φαληρεὺς in invocatione illa pronuntiato facetiarum aliquid latere putaverunt. Ac recte Astius fulicae mentionem iniecisse videtur, quae avis Graece φαλαρὶς s. φαληρὶς
p. 10 vocatur. Et ille quidem, | candidae cuiusdam in capite fulicae labeculae memor, quam cum φάλῳ quodammodo componit Buttmannus lexilog. II 248 sq., de Apollodori calvitie cogitavit, quod ita placuit Hieronymo Müller, ut ‘Glatzenheimer’ Φαληρεὺς illud vertendum sibi esse putaret; at de incessu potius cogitandum esse videtur, cuius etiam Hommelius mentionem iniecit, sed ita ut remotissima quaeque et partim certe falsa afferret; mihi contra una fulicae ac sub fulicae fere nomine Apollodori celeritas spectari videtur; nam ὄρνεον illud λιμναῖον*) εὐπρεπὲς, ut cum schol. Ar. Av. v. 565 loquar, ob summam celeritatem tam notum fuisse, ut in proverbium fere abierit, docet Furii Antiatis versus ap. Gellium XVIII 11, 4 servatus:

Sicut fulica**) levis volitat super aequora classis.

Iam igitur celeriter in regione paludosa Athenas properantem familiaris demi nomine sollemniter, ut primo obtutu apparet, addito, ita potius alloquitur, ut festive avis illius palustris fere ὁμωνύμου celerrime ‘volitantis’ memoria oboriatur, quae festivitas eo augetur, quod ea sive quaestio sive provocatio ‘οὐ περιμενεῖς;’ celeritati huic et amici et avis fere opposita est. Ipsa vero illa celeritas optime congruit cum illa animi vehementia, quae μανικοῦ cognomen Apollodoro contraxit. Quantopere Graeci in nominibus propriis talibus lusibus gavisi sint et quam facile

---

*) Facillime igitur memoria eius h. l. suscitatur, cum paludosam regionem Phalaream fuisse constet ex Xen. Oec. 19, 6 ὑγρὰ δὲ ἡ (sc. γῆ μοι δοκεῖ εἶναι) ἐν τῷ Φαληρικῷ ἕλει. Si Stallbaumius h. l. in adn. afferens ad ipsam hanc regionis illius condicionem alludi censet (quamvis concedens praeterea ille, fieri posse, ut simul hominis incessus significetur), equidem non video, ubinam iocus quaerendus sit.

**) Etiamsi enim haec verba interpolationi demum debentur, interpolator tamen certe antiquus et ipso Gellio fortasse vetustior non minus idoneus testis est quam ipse Furius Antias. Cf. quae de hoc versu disputavi in comm. de A. Gellio et Nonio Marc. ann. ph. 85, 719 sq., 16 [infra descripta et in adn. ed. h^b]

tales lusus intellexerint, non tantum comoedia docet.***) Sed hoc h. l. persequi longum est; id tamen addere licebit, in ipso hoc Platonis Convivio paucis pagellis post in Agathonis nomine similiter ludere Socratem, proverbio illo allato:

Αὐτοματοὶ δ'ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν (ἵενται al.),

quod a se ita mutando corruptum dicit (p. 174 B): ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. Nam ibi certe Agathonis, ad quem pergit cum Aristodemo Socrates, memoriam quandam subesse patet: ipsum autem nomen Ἀγάθων' cum Lachmanno praef. Babr. p. XIX, quem sequitur Iahnius,†) in verborum ordinem inferre nolim. Nam me quidem iudice ex universo disputationis huius filo ac nexu, cum de unius ἀγαθῶν et δειλῶν s. φαύλων et σοφῶν discrimine agatur, atque imprimis ex iis, quae de eodem proverbio ab | Homero non p. 11 tantum corrupto, sed fere vitiato proferuntur, hoc apparere videtur, iocosam quidem ipsius Agathonis nominis mentionem subintellegi posse, palam autem, ut ita dicam, agi de ea proverbii forma, quam h. certe l. tamquam primariam proponit Plato,

Αὐτοματοὶ δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐ. δ. ἰ.

in Αὐτοματοὶ δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐ. δ. ἰ.

mutata, ut vulgo olim intellectum est.*) Quomodo ipsum

***) Totam hanc interpretationem I. G. Schneideri ad Arist. h. an VIII 5, 8 (VIII 3, 48 al.) adnotationi superstruxi, qui dixit ex φαλαρίδος ap. Ath. X p. 395e descriptione non dubitandum videri, quin haec avis cum Conr. Gesnero pro fulica Linn. habenda sit; cf. eiusdem ad Colum. VIII 15, 1 comm. At nunc sane video, ea de re dubitare naturae scrutatores peritissimos, Aubertum et Wimmerum, ed. lib. Aristot. nuper emissae I p. 80; 110 nr. 112, qui rem omnino in incerto relinquunt, mergi aliquod genus subesse conicientes. Sed indoles 'mergis fulicisque palustribus' (Ov. Met. VIII 625) fere eadem est ac res ipsa eodem rediret; de Gellio tantum ad interpretationem adhibendo actum esset.

†) Caute ἐπέχει Voegelinus ex Baitero suo quaerens N. schweiz. Mus. VI 279 'Was sagen Sie zu Lachmanns und Jahns καὶ 'Αγάθων' ἐπὶ δαῖτας?'

*) De ipso proverbio eiusque formis praeter schol. ad h. l. cf. Zen. prov. cent. II 19 ibique adn. ed. Gott. I p. 36 sq. [add. AHug ed. Convivii in adn. ad h. l. p. 12 sqq.; 213 sqq.[2] quasque affert et suas et aliorum disputationes.]

Agathonis nomen in h. l. pro ἀγαθῶν inferri, tum autem disputatio ita continuari possit, ut nulla eius, sed unice horum ratio habeatur, non perspicio; optime autem convenit memoria eius quasi praetereundo per similem verborum sonum facete provocata.

Ipsa haec Symposii Platonici mentio excitat memoriam alicuius loci Gelliani, cuius argumentum arte cum subtiliore quadam grammaticae Graecae quaestione cohaeret ad pneumatologiam, quae vocatur, spectante. Hic quoque, etiamsi ipsius Symposii locos, qui mox indicabuntur, in censum vocare nolis, ab Ottonis fere Iahnii studiis ordiendum est. In comm. enim non tantum bonae frugis et elegantissimae doctrinae plenissima, sed ita quoque conscripta, ut summa cum delectatione eam perlegas, Einl. z. griech. Vasenkunde, quam praemisit catalogo vasorum collectionis Monac., identidem agit de Atticorum aspirandi more, quos χαίρειν τῇ δασείᾳ dixit Aelius Dionysius quosque vel δασυντάς inde vocatos esse compertum habemus v. p. CLVII sq.; CLXX; CLXXXVII; CXCVIII; CCXXXIII, 1448; cf. eund. comm. soc. Sax. VIII 739, 120 quosque c. illic p. CLVII, 1097 add. et duobusviris his litteris nimis mature nuper ereptis C. Keilio sched. epigraph. p. 6 sqq. (cum iis quos comm. p. 6) atque A. Lentzio philol. suppl. I 703 sqq. et G. Curtio, disciplinae Bonnensis alumno primario, etym. Gr.[2] p. 617. Gellius autem hac de re ita loquitur lib. II 3, 1 sq.: 'H litteram, sive illam spiritum magis quam litteram dici oportet, inserebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus eorum esset viridior vegetiorque; atque id videntur fecisse studio et exemplo linguae Atticae. (§ 2) Satis notum est, Atticos ἱχθύν et †IPPON et multa itidem alia contra morem gentium Graeciae ceterarum inspirantis primae litterae dixisse.' Quibus in verbis vix aliud notandum est quam alterum illud exemplum Atticorum 'primae litterae inspirantium' consuetudinis: 'inspirantis' enim recte se habet, dummodo accus. plur. esse concedas; id unum addere liceat, Stephanum, orationi artius conectendae intentum, in ipso paragraphi 2 initio posuisse:

ʻSatis enim notum est.ʼ Quod vero ad exemplum illud attinet,
ʻIPPONʼ, ut supra scriptum est, exhibent duo testes optimi *V*
et *P*, ʻippõʼ *R*, ʻἱρὸνʼ σ, ʻἵρρονʼ et ʻἱρρὸνʼ et ʻἶρονʼ et ʻἱρὶνʼ codd.
dett. Edd. vett., om. cum parte codd. dett. praecedente ʻetʼ,
quod in *VPRσ* exstat (ʻκαὶʼ ς alii), si a spiritibus atque
accentibus varie mutatis discedas, praebent ʻἰχθὺν ἶρον .i. piscem
pauperemʼ (debebant certe ʻpiscem, Irumʼ cf. adn. I. F. Gro-
novii); et de ἰχθὺν quidem sufficit Eustath. 437, 12; 928, 15;
1720, 43; Lobeckii ad Soph. Ai. [2] v. 1297 adn. coll. pathol.
elem. I 183, 55; Lentzium l. c. p. 693; 705 attulisse; de Ἶρος
nomine, quod postea in omnes mendicos | translatum est, v. ll. p. 12
et ab editoribus Steph. thes. Parisinis s. v. Ἶρος et a Ben-
selero in Onomatol. Gr. s. v. Ἶρος num. 5 congestos. At hoc
voc. non magis ad Atticos pertinere scimus quam ἱρὸς voc.
(ʻἰχθὺν ἱερὸν s. ἶρον .i. piscem sacrumʼ proponebat Cael. Rho-
diginus antiq. lect. VII 12), de quo una cum al. vocc. a litt.
ιρ ordientibus cf. Lentz l. c. p. 684; 759 sq.; quae autem
hucusque praeterea coniecerunt vv. dd. a litterarum traditarum
apicibus nimis longe recedunt: nam ἰχῶρα ad marg. Gellii sui
teste Thysio ad h. l. adscripserat Scaliger, quae coniectura
ne summo quidem summi viri admiratori placebit Iacobo
Bernaysio — nostrone dicam an vestro? sed mavult ille vester
esse —, εἱρμὸν temptavit Lobeckius ad Soph. Ai. l. c., de
IKPION, AΦPOC, ITPION inferendis paulo magis probabiliter
cogitabat C. Keil l. c., de ἴδριν Gustavus Wolff; ac sane ex
iis, quae ab Atticis aspirata esse compertum habemus, nullum
prope ad IPPON litteras accedit, ex quibus neglegentius trans-
scriptis, ut in cod. *R* fieri solet in paucis, quae servavit,
frustulis Graecis, ʻippõʼ ortum est. At vel ad IPPON proxime
ἵππον accederet, quod sane adversus generales quidem canones
aspiratur (cf. ll. a Lentzio p. 753 sq. coll. p. 759 indicatos),
sed non a solis Atticis. Erat cum Ὕρρον temptarem (Ὕρρας
κύριον Αἰολικόν, διὸ καὶ ψιλοῦται Eustath. 13, 45 cf. de (H)Yrrae
s. (H)Yrradii nomine Ahrens dial. Aeol. p. 21; 26, 5; Ὕρρος
vero ap. Herod. cath. prosod. epit. p. 85, 11 MS. exstat); at
nec hic Atticorum fit mentio. Nunc igitur aliam viam ad voc.

hoc recuperandum ingressus pro IPPON scribi velim IPRON i. e. ἵ pronomen. Quod palaeographiae quidem ratione habita optime se commendare non est quod fusius exponam, cum Graeca et Latina litteris maioribus in scriptura continenti sibi insidentia, postea, in libros litt. ceterum Lat. minoribus scriptos translata, haud raro ita coaluerint. Nomen vero voc. non tantum NOM̄ nota ac similibus, sed simplici etiam littera N. exprimi notum est. Ipsa vero illa nominativi pronominis personalis in persona tertia forma ἵ s. ἴ insolita nunc in uno tantum videtur Oenomai Sophocleae fragmento (Soph. fr. 427 Nck.) ab Apoll. de pron. p. 70 B [p. 55, 21 RS.], schol. Il. XXII 410 servato, quod recte emendatum est a Guil. Dindorfio, pro certo indicari posse,*) a grammaticis vero veteribus satis saepe alterutrius huius pronominis formae mentio inicitur cf. ll. allatos a Buttmanno A. Gr. Gramm. I [2] p. 283 sq.; Max. Schmidt de pronom. Gr. et Lat. p. 12 sqq.; Guil. Dindorf in Steph. Lex. Paris. s. v.; Osanno de pron. is, ea, id formis p. 4 sqq.; H. L. Ahrens Zeitschr. f. vgl. Sprachforsch. VIII 343 sq.; Schömanno d. Lehre v. d. Redetheilen p. 107; 109 sq. ipsasque vv. horum dd. disputationes. Huius autem pronominis aspirationem Atticis propriam esse me quidem iudice aperte testatur Apoll. l. c. C. [lin. 26 S.], qui dicit τὸ ἵωροί παρὰ Ἀττικοῖς ὁμολογεῖν τὴν ἀντωνυμίαν (sc. eam de qua cum maxime loquimur pronominis formam), quod voc. coll. vocc. πυλωρὸς et θυρωρὸς censet τοὺς αὐτῆς τῆς πόλεως φύλακας significare.
p. 13 Tum autem addit | ʽκαλοῦνται δὲ καὶ οἱ αὐθιγενεῖς παρὰ Ῥοδίοις (de lect. v. Bekkerum p. 182; [RSchneiderum p. 56, 3]) ἵγνητες,

---

*) Non est quod moneam peritos, id quod supra posui, Convivii sc. Platonici mentione Gelliani huius loci a me emendati memorem me factum esse, pertinere ad Conv. p. 175 C. et 223 D., ubi ἵ restituturus erat Bekkerus comm. ad Conv. (p. 375, 11; 469, 8 ed. suae) crit. I p. 337; 362, adiectis variae lectioni priore loco verbis his ʽhic si usquam obsoleto illi ἵ locus'; at recte ex posterioribus editoribus nemo obtemperavit grammatico primario (licere se velle dixit C. F. Hermannus ad l. alterum praef. p. XVII); cf. quae nuperrime scite ea de re disputavit Voegelinus l. c. p. 339 coll. p. 280.

τῆς δασείας Ἀττικῶς προσελθούσης,' forma sc. pronominis more Attico, quem in hoc igitur voc. Rhodii et ipsi observarunt sec. Apollonium, aspirata ad alteram verbi partem accedente; quem locum a grammatico illustrissimo H. L. Ahrens l. supra c. non recte intellectum eoque non recte temptatum esse arbitror.

III. HVGONI RVEHLE.

De diebus criticis locus emendatur.

Postquam nuper ICtis, supra theologis patellam aliquam Gellianam apposui, iam liceat ferculum medicum inferre. Quod eo libentius facio, non tantum ut ordini universitatis vestrae gratiosissimo, virorum illustrissimorum consortio insigni, gratiosum, quantum doctori umbratico licet, et ipsum me praestem, sed etiam, ut ei huius ordinis sodali, ad quem loci supra indicati argumentum proprie pertinet, Hugoni Ruehle, una cum collegis illustrissimis Veitio et Rindfleischio cum nostra quoque academia ac provincia artiore quodam necessitudinis vinculo coniuncto, veteris sodalicii Gryphiswaldensis memorem me ostendam. Is vero locus, quem propositurus sum, alterum exemplum eiusdem vitii praebet, quod modo sanare studui — nam philologorum negotia partim certe tam prope medicorum operae cognata sunt, ut iisdem terminis, qui vocantur, technicis utrobique uti liceat*) —, litterarum sc. Graecarum et Latinarum perperam in unum vocabulum coniunctarum, cui in hoc loco alterum vitium accedit idque frequentissimum geminationis. In eo enim capite, in quo de 'septenarii numeri vi et facultate in multis naturae rebus animadversa' disserentem producit M. Terentium Varronem, hominem multarum aliarum rerum maxime peritum, eo modo, qui Ennemoseri, medicinae olim apud vos professoris, rationibus magis accommodatus esset quam 'exactae disquisitioni', quae iam nunc Iunonem medicos pro nube illa pseudophilosopha speculationum, quae vocabantur, seu potius superstitionum

*) cf. quae a. 1849 exposui in libello 'ein philol. klin. Streifzug inscripto p. 8 sqq.

amplecti sinit, lib. III cap. 10, haec tradit Gellius § 14: 'Discrimina etiam periculorum in morbis maiore vi fieri putat (sc. Varro) in diebus, qui conficiuntur ex numero septenario, eosque dies omnium maxime, ita ut medici appellant, κριτικοὺς ἢ κρισίμους cuique videri primam hebdomadam et secundam et tertiam' secundum lectionem per editiones pervagatam. At illud 'cuique', quod nec ex noviciis libris aliunde quam ex silentio Dresselii testatum habeo, ineptum est; neque ita vel libri deteriores certe plerique exhibent, sed praebent 'cui' libros optimos *VP* (in *R* finis huius cap. omittitur) presse fere secuti, quorum ille 'Cui' exhibet, hic '.Cui'; unus tantum ex recc. (Barberin. A) hoc voc. omnino omittere dicitur a Dresselio. Praeterea adnotandum est, illud quoque 'κριτικοὺς ἢ' recenti interpolationi deberi, per libb. recc. (qui vel sic vel 'κριτικοὺς αΓ' vel sim. exhibent vel utrumque voc. 'κριτικοὺς' et 'κρισίμοὺς' a variis manibus add. praebent; unus 'κριτικοῖς' solum) grassatae; ipsa haec v. l. manifestum reddit, meram adesse dittographiam;
p. 14 unum KPICIMOYC affert Vaticanus cum | Vrbinate,*) qui Graeca ex fonte limpido hausit. Quod vero ad 'Cui' illud attinet, propter quod hunc locum attuli, hoc et ipsum, quod forte fortuna factum est in cod. illo Barb., consulto eiciendum est, ita scil. ortum, ut in vocc. KPICIMOYCVIDERI (κρισίμους videri) extrema prioris voc. littera Graeca cum primis duabus alterius voc. litteris Latinis perperam geminaretur et inter utramque hanc vocem tamquam dativus pron. rel. lat. intruderetur hoc modo KPICIMOYCCVIVIDERI i. e. κρισίμους Cui (s. 'cui') uideri.**)

IV. ARNOLDO SCHAEFER.

De Gellii capitum libri primi quinti et octavi fonte observatiunculae.

At ex medicorum castris statim me recipio. Nam sane summis, quibus divina me beavit providentia, beneficiis id

---

*) In *P* litt. tantum, ut post lib. II cap. 23 solet, initiales KPI exstant, dimid. fere lin. spatio vac. rel.; sed certe is, qui hunc librum codici *V* proxime cognatum scripsit, in archetypo nil nisi KPICIMOYC invenerat.

**) [Cf. vind. Gell. alt. p. 46; simillime II 21, 4 pro 'quod ἅμαξαν' ς part. 'quod oda ἅμαξαν' - quod oda E(Θ *T*)MaΞaN *VPTY*ς -].

adnumero, quod medicorum aliquot primariorum amicitia fruor, ex quibus omnium instar praeter Mauricium Henricum Romberg, avunculum carissimum, quem maxime et diligo et veneror, Felicem de Niemeyer, fidissimum olim sodalem Gryphiswaldensem, nominare mihi liceat; sed ad artem eorum tum demum studia mea convertere soleo, si ad Gellii caput aliquod sive interpretandum sive emendandum ea indigeo, una tantum, ut philologum decet, parte excepta, quam hodie plerique sane medici a se alienam putant, historica sc., quatenus litterarum antiquarum spectat historiam. Eo enim cum meorum ipsius studiorum atque officii ratio me vocat, tum suavissima atque per tredecim paene annos sine ullo fere intervallo primum in Gryphica, tum in hac academia continuata consuetudo viri eruditissimi, amici candidissimi, collegae maxime amabilis, Henrici Haeser, quem in ipsa hac studiorum medicorum parte principem locum obtinere et inter medicos et inter philologos nemo ignorat nisi βάναυσοι. At iam sentio, me paulo arrogantius hoc loco vobis, viri illustrissimi, videri de me meisque condicionibus loquentem: excusatum vero me iri spero, si ingenue fassus ero, haec non tam vobis scripta esse, quam vestrum uni, qui mihi non minus carus est quam vobis per sat breve tempus carum eum factum esse et scio et gaudeo. Nam cum amicorum et sodalium Gryphiswaldensium memoriam excito, tua ante animum atque oculos mihi obversatur imago, Arnolde Schaefer, atque dulcissimum consortium illud, quod nos ac nobiscum praestantissimos aliquot viros coniunxit, cum hos, quos cum maxime commemoravi, qui et ipsi academiam illam reliquerunt quibusque Georgium Beseler, Guilelmum Gass, Hermannum Reuter, nunc nostratem, Augustum Anschütz, virum denique beatae memoriae Augustum Hahn Aug. f. adiungere iuvat — nam Bernardus Windscheid, sodalis suavissimus, quem Bonnenses, Basileenses, Gryphiswaldenses, Monacenses certatim suum fuisse gloriati sunt sibique invicem eripuerunt, iam ante adventum tuum discesserat —, tum eos, qui etiam nunc universitati Pomeranae decori sunt atque ornamento. Tu autem profectus a studiis philologicis, a quibus numquam

abalienari te passus es, tam indefesso studio historiae te dedidisti atque in omnibus eius partibus tam firme gradum |
p. 15 posuisti, ut Gryphiae vix opere non minus amplo quam egregio de Demosthene eiusque aetate absoluto ad Borussiae huius nostrae ac summi imprimis regis Friderici Magni res gestas explorandas te converteris, Bonnae nuper eodem fere temporis momento et studiorum horum fructum et maturissimum et exoptatissimum, originis et initiorum belli septennis ex fontibus partim inaccessis a te erutorum historiam,*) et libellum de fontibus historiae Graecae usque ad Polybium non minus accuratum quam non modo auditoribus tuis perutilem a te conscriptum in publicum emittere potueris. Iam igitur hodie, cum symbolum aliquod Gellianum tibi quoque studiisque a te excultis dicaturus sim, quod ad bellum quidem septenne pertineat nihil me inde haurire posse consentaneum est, nisi nugas illas de numero septenario quadamtenus eo referre velis: studia vero tua in historia antiqua posita intuens Ianus fere mihi videor, cum dubius haeream, num retro spectans Demosthenicum aliquod eligam an prospectans scrobem aliquam Gellianam ad libellum cum maxime commemoratum continuandum tibi offeram; nam etiam nunc et de belli septennis historia absolvenda et de libello eo continuando, fontium tum historiae Graecae post tempora Polybii tum historiae Romanae enarrationem additurum, te cogitare non ignoro. Libenter utrumque facerem, nam hae quisquiliae 'numerus' sunt —, sed artis et temporis et rerum nostrarum finibus circumscriptus, cum hanc quae praecedit sensus mei erga te testificationem supprimere noluerim, alterutrum iam retinere nunc debeo. Eligo igitur, quod priore loco posui, Demosthenicum illud supra significatum,

*) Ne amicus amicum laudibus efferre videar, cf. Max. Denckerum, iudicem et peritissimum et integerrimum, in ann. hist. ab Henr. de Sybel (quem rectorem universitatis vestrae magnificum ipso hoc anno in annalibus academiae Rhenanae maxime conspicuo esse vos voluistis quemque nos omnes, qui apud vos convenimus, libentissime in honorificentissimo hoc loco positum videmus) editorum vol. X a 1868 p. 103—180, impr. p. 179 sq., de Schaeferi opera disserentem.

ut simul patefiat, amicitiae nostrae fundamentum non assentatione niti, sed coniuncto verum inveniendi ac profitendi studio.

Iubeo igitur te mecum adire in Gelliani libri primi capite octavo notissimam illam de Demosthene ac Laide meretrice historiolam; Laidem ibi iuniorem intellegendam esse probaverunt vv. dd., quos comm. Guil. Teuffel E. R. s. v. Lais IV 736. Tu cum eam rem in transcursu, ut decebat, attingeres amplissimi operis tui vol. III 360, 3, nec id addidisti nec cuinam Sotioni — Sotionis enim nomen et ipse posuisti — Gellius hanc narrationem acceptam referret. Refertur autem nunc plerumque post Ionsium de scrr. hist. ph. p. 166; 259 ad Sotionem, Senecae philosophi praeceptorem, Sextiorum scholae addictum: v. Antonium Westermann paradoxogr. Gr. p. XLIX sq., E. R. s. v. Sotion 2; C. F. Hermann de scr. ill. q. temp. Hier. ad Eus. chron. ann. p. 28 sq.; [Th. Roeper Philol. III 22 sqq.;] C. Müller fr. hist. Gr. III 168 n. *; Ed. Zeller Phil. Gr. ^{2} II 2, 756, 3 [^{3} 931, 3] (cf. III 1, 600; 617, 5 [^{3} 676 sq.; 682, 1; 777 adn.]), nisi quod huic, praeeunte fere G. I. Vossio, duo potius Sotiones iuniores videntur statuendi esse et peripateticus, libri κέρας Ἀμαλθείας**) inscripti, quem h. l. Gellius affert, auctor, et Senecae ille praeceptor.†) Vtut haec se habent, equidem non dubito, quin hic | locus ad p. 16
Sotionem potius maiorem, Ptolemaei Epiphanis fere aequalem,*)

**) Cf. praef. § 6; Plin. nat. h. praef. § 23; Democriti quoque Abderitae κ. Ἀμ. exstitisse notum est.

†) [Totam hanc de Sotionibus quaestionem saepius interim pertractatam (cf. Fr. Bahnsch quaest. de D. L. font. init., Regiom. 1868, p. 53 n. *; Fr. Nietzsche mus. phil. XXIII 638 sqq. coll. tamen progr. Basil. Beitr. z. Quellenkunde u. Krit. des D. L. 1870 p. 9 sq. atque imprimis IFreudenthalio Hellenist. Studien III 306 sqq.; add. XXV 217 sq.; HUsener ibid. XXVIII 430 sqq.; Th. Roeper Philol. XXX 557 sqq.; Fr. Schaefer quid Graeci de orig. philos... existimaverint, Lips. 1878, p. 47 sqq.; HDiels doxograph. p. 147 sqq.; 166; 255 sq.; EMaass de biogr. Gr. q. s. p. 17, 10) perquirere huius loci non est.]

*) Cf. de eo cum Ionsius l. c. p. 165 sq.; Vossius de hist. Gr. p. 169; 233 sq. Wm.; Panzerbieterus Archiv f. Phil. u. Päd. V 211 sqq.; Westermannus E. R. s. v. Sotion 1; Zellerus l. supra c., tum Chr. Aug. Brandis, quem virum candidissimum et eruditissimum et ipsum praeceptorem meum dilectissimum vel inter festi huius diei laetitiam lugemus, Gesch. d. gr. röm. Philos. I 31 sq.

pertineat, qui propter ipsum studiorum genus scholae Peripateticae merito adnumerari solet. Atque id probare mihi posse videor. Inter Laidis enim amatores una cum Demosthene Aristippus et Diogenes Cynicus nominantur ab Ath. XIII 588c; atque hic quidem in beatorum insula vel uxorem Laidem duxisse dicitur a Luciano v. hist. II 18, de Aristippi vero cum Laide consuetudine historiolam saepe relatam ex Sotionis huius maioris περὶ διαδόχων opere notissimo (lib. II) profert D. L. II 8, 4, 74 sq. Vix igitur dubium erit, quin ab hoc Sotione Gellianus non diversus sit.†) Iam igitur certo quoque aliquo testimonio Peripateticorum scholae assignatur; id modo indagari debebit, num de eadem fere re in duobus operibus egerit Sotion an uterque titulus aliquo modo inter se coniungendus sit.

Paulo ante, in eiusdem libri primi capite quinto, idem Gellius narraverat, eundem Demosthenem, ut argumenti verbis utar, 'cultu corporis atque vestitu probris obnoxio infamique munditia' fuisse; huius generis probra in Demosthenem coniecta tu philologi vol. VI p. 427 in universum scite ad Hermippum refers, eiusque Hermippi narratiunculam ad Demosthenem pertinentem ipse Gellius affert III c. 13, de qua tu egisti Demosth. u. s. Z. I 276 c. adn. 3 coll. p. 275 sqq.; v. etiam p. 280, 4 coll. p. 280 sqq.**) Ei igitur certe hunc quoque locum, etiamsi illic a te non commemoratum,***) assignabis; mihi vero potius ad eum Sotionem pertinere videtur, quem duobus capitibus interiectis nomine addito a Gellio in rebus Demosthenis enarrandis in usum advocatum esse vidimus.

†) [Non persuasi Zellero II 2 l. l.; atque ipse iam antea intellexeram, argumentationem meam non tam certam esse quam olim mihi visa esset.]

) Iure tuo Gellio l. c. p. 276, 3 Ammiani Marcellini XXX 4 § 5 mentionem parenthesi inclusam addidisti: nam id eo videris indicare voluisse, Ammianum haec ex Gellio more suo hausisse, cf. infra p. 18 adn.*

***) Attulisti h. l. Demosth. u. s. Z. I 306, 2 ob verba ex Aeschinis Timarchea ibidem s. a Gellio s. ab eo quem sequitur auctore excerpta; nam ipsam quoque Timarcheam a Gellio in usum vocari potuisse non est quod negetur: cf. XVIII 3 et Iul. Kretzschmeri, cuius fatum properatum lugemus uterque, de Gellii font. diss. I p. 12 sq,

Non tantum per duo capita continua Gellium eodem fonte uti, sed etiam uno capite interiecto saepius id ita sese habere et Kretzschmerus docuit l. infra c. p. 46 et Lud. Mercklin AGNA capp. quaedam ad fontes revoc., Dorp. 1861, p. 12, aliudque eiusdem consuetudinis exemplum equidem addidi ann. ph. 85, 798 [l. infra descripto]††). Hoc quoque loco duobus modo capitibus interiectis de eadem fere re eodem fonte Gellium usum esse mihi videtur satis esse probabile. Cui coniecturae maior etiam probabilitas accedit, si recte in adnott. ad marginem exemplaris sui, quod moribundus fere tradi mihi iussit, Mercklinus ad verba capitis octavum illud insequentis § 1 'Ordo atque ratio Pythagorae ac deinceps familiae successionis eius recipiendi instituendique discipulos huiuscemodi fuisse traditur' etc. ipsius illius Sotionis π. διαδόχων operis iniecit mentionem. Tum capp. I 5; 8; 9 series ad capp. ex Aristotelis | problematis haustorum ordinem XIX 2; 4; 5; 6 p. 17
proxime fere accederet. Gellius sane ipse ista Tauri cuidam sermoni assignat ibid. § 8; at eo rem non confici et tu probe scis et ego non ignoro. At haec sic de plano expediri nequeunt.

V. IACOBO BERNAYS ET HERMANNO VSENER.

Plautina quaedam et Luciliana.

Sed vel his, quae cummaxime tractavi, propius ad ea studia, quibus potissimum operam meam impendi, ea pertinent, quae praecipue efficiunt, ut Gellius, homo probus sane et studiosus, sed satis siccus ac sterilis, merito magni aestimetur, quaeque adulescentem me moverunt, ut ei me dicare constituerem, ea videlicet, quae ad litterarum Latinarum historiam ac reliquias spectant. Ab horum specimine aliquo mantissa haec exordium sumpsit, iam inde exitum quoque capiat.

Atque ex omnibus quidem quae huc pertinent Gellii capitibus nullum, libris optimis recte et partim primum adhibitis,

††) [Add. V c. 4 et 6 notata ab OGruppio comm. in hon. Th. Mommsenii p. 546 et XII c. 2 et 4 per versus Ennianos conexa et quadamtenus IV c. 18 et 20 Scipionum Africanorum, maioris alterum, alterum minoris rationem habentia.]

melius emendatum et copiosius ac sagacius enarratum est quam lib. III cap. 3 in Friderici Ritschelii comm. ingeniosissima de fabulis Plauti Varronianis, parergis Terentianis Plautinisque (voluminis enim primi notam omittere licebit post ea, quae dicta sunt opusc. II p. XXI) inserta p. 71 sqq. Sicuti quod ad ipsius illius disputationis cardinem attinet, rem ab eo absolutam esse censeo, in paucis tantum iisque minutioribus ab eo dissentiens*), ita etiam in ipsis verbis Gellii per id caput, quod disputationis illius fundamentum esse voluit, recensendis atque emendandis et ante hos quindecim annos Gellium stereotypis Teubnerianis endituro pauca tantum novanda mihi visa sunt, neque plura nuper videbantur eadem, ut auspiciis fraternis iterum in publicum prodirent, retractanti. Haec hoc loco viris eruditissimis Iacobo Bernays et Hermanno Vsener proponere liceat, qui ex Ritschelii disciplina profecti iam nunc, postquam Lipsiam ille migravit, vice eius funguntur, qui per quinque lustra et quod excedit primum cum Welckero, tum cum Welckero et Iahnio 'philologorum Bonnensium' studia rexit. Ex festivissimis igitur parasiti esurientis versibus l. c. § 5 ex Boeotia illa sive Plautina sive Aquiliana fabula petitis novem**) sextum, quem Ritschelius scripserat

Vbi ubi monebat esse, nisi quom nil erat

propius ad librorum vett. scripturam 'ubi iste monebat esse' restituere mihi videbar, si scriberem

Vbivis ste monebat esse etc., |

---

*) Cf. de M. Plautio poeta ac pictore comm. ind. lect. Vrat. aest. a. 1867 praemiss. p. 5, 1. Praeterea cum Kretzschmero loco supra c. p. 42 sq. contra Ritschelium p. 92 sq., quem fere sequitur Mercklinus ann. phil. suppl. III 643 sq., non dubito, quin Clodiani quoque indicis notitiam Gellius ex Varrone hauserit, qui 'Claudio' in gloss. Plautinis usus est de l. Lat. VII § 66; 70; 106; cui sententiae non refragatur, quod aliquo eius Servii Clodii commentario Gellium usum esse videmus XIII 23, 19.

**) Ipsum numerum fortasse Gellius indicavit § 4, si scripsit: 'si vel hos solos [novem] ex ea fabula versus cognoverit', ut IX numeri nota ante EX litt. exciderit.

quod Fleckeiseni tulit assensum in ep. et suavissima et bonae p. 18
frugis plenissima, quam ad me de vett. poet. Lat. rell. ap. Gell. servatis scripsit a. 1854 p. 20.*) Hoc etiamnunc servavi, v. vero 9, ubi a textu, quem vocant, Ritscheliano recesseram, eodem p. 21 admonente eum nunc sequor. Versu contra quarto, ubi olim me ad eum applicavi,**) voc. 'olim', quod a libris abest, verborum ordini inferens, nunc a critico egregio recedendum mihi esse arbitror. Nam cum poeta parasitum illum dicentem faciat:

Vt illum di perdant, primus qui horas repperit
Quique adeo primus statuit hic solarium,
Qui mihi comminuit misero articulatim diem.
† Nam me puero venter erat solarium
Multo omnium istorum optimum et verissimum,
Vbivis ste monebat esse, nisi quom nil erat,***)

equidem versum illum mutilum nunc sic expleverim, ut scribam:

Nam unum me puero venter erat solarium;

non modo enim melius ita perspicitur, quomodo hoc voc. post 'nam' excidere potuerit, sed etiam ipsi orationi roboris et facetiarum aliquid accedit, si unum illud solarium optimum et verissimum omnibus istis opponitur; 'olim' autem fere languet, cum idem iam vocc. 'me puero' indicetur.

Paulo difficilior est eius fragmenti instauratio, quod ex alia quadam, quae Plauti ferebatur fabula, Fretum inscripta, ibidem affert Gellius § 8, qui dicit se ex ea duo†) hos versus

---

*) Ribbeckius contra anno post in com. Lat. rell. Aquil. fr. I p. 24 sq. Ritschelium secutus est; [Vbi is non monebat, in fine sententiae interrogationis signo posito ibid. [2] p. 34, ubi vid. adn.].

**) Sic etiam Ribbeckius l. c., [qui in altera ed. mihi assensus est.]

***) De codd. v. l. cf. Ritschelii l. c. p. 83 et Ribbeckii l. c. adnott. Ad totum h. l. cf. Ammianus Marc. XXIII 6, 77, Gellii, ut recte Pricaeus dixit ad Apul. III p. 352 Oud., quamvis hodie ignorari fere videtur, 'imitator studiosissimus', qui 'venter' ait 'unicuique (Persarum sc.) veluti solarium est, eoque monente quod inciderit editur'. [id. XIX 8, 8 'arida siti reptantes' cf. infra comm. V.]

†) 'duo' in *VPR* exstat, quod moneo propter Fleckeisenum l. c. p. 21; duos' *P* praebet m. rec. corr. cum ς et vg.

exscripsisse, ut historiam quaereret oraculi 'arietini'. Sic cum codd. dett. ('aretini' *al.* 'aretim' *unus*) edd. et vett. et recc., idque et Ritschelius servavit et ego servavi in ed. a. 1853; nec minus 'arietini responsi' mentionem ex libris illis plerumque aut 'arietini' aut 'aretini' praebentibus (Arietini *edd. vett.*) retinuimus in ipsis versibus a Gellio deinceps allatis, qui vulgo ita legi solebant:

nunc illud est,
Quod arietinum responsum magnis ludis dicitur;
Peribo si non fecero, si faxo vapulabo.

Sed iam ex Regio *(P)* et ex Scioppii collatione (σ) utroque loco v. l. 'Arretini' prolata erat a Iacobo Gronovio,††) atque idem priore loco praebent *VR*, altero iisdem vel ex |
p. 19 dett. nonnulli accedunt.*) De oraculo arietino nihil nobis traditum est nec perspicere me fateor, quid rei sit; nam quae vulgo proferuntur (cf. adnott. Thysii), ea sane nihili esse patet; haud magis sane notum est oraculum Arretinum, sed sicut alia in Italia oracula, sicuti Praenestinum potissimum et Antiatinum novimus, non video, cur non in florentissima urbe Etruriae, in qua Begoes Tagetisque patria quodvis divinationis genus colebatur, oraculum exstitisse iteratae h. l. librorum lectioni credamus; ludorum vero commemorationem optime convenire Etruscis docent ea quae de sacris eorum ludis composuit Odofr. Müller d. Etrusker II 195 sqq.; 'magni' autem ludi illi εἰρωνικῶς fortasse nominantur, in comparationem ludorum Romanorum, ad quos illud nomen re vera pertinebat. De librorum scriptura praeterea adnotandum, 'magnis ludis', quod per edd. propagatur, in uno tantum ς (ex Dresselii sc. silentio) inveniri; 'ludis magis' exhibent *VPR*, 'magis ludis' ς plerique, 'magis laudis' ς nonnulli, 'ludis' spscr. in Vind.**) Ritschelius l. c.

††) Nisi quod loco posteriore 'Arretinum' ex *P* tradidit, quod iam a Ritschelio correctum est.

*) Hic 'Arretinum' inveniri in *V* ex Dresselii collatione excerpserat Ritschelius; errorem ab ipso Dresselio libro postea iterum inspecto iam correctum inveni.

**) De 'Maiis' potius quibusdam 'ludis' cogitandum esse, vix crediderim.

p. 85, Bothii conatu merito reiecto, ut duos versus a Gellio indicatos recuperaret, verba 'nunc illud est' praecedentibus adiunxit, a se, etsi dubitante, in 'quod nunc illustre est' mutata; Fleckeisenus l. c. p. 21 sqq., quem equidem h. l. in adornanda ed. secutus eram, scribi iussit:

'Nunc est quod responsum arietinum ludis magnis dicitur etc.

At quin verba 'Nunc illud est' non temptanda sint, non dubito, postquam Geppertus olim mihi indicavit locum Terentianum, ei, cum ea verba et ipse mutaturus esset, a Boeckhio, cuius summi viri contubernio frui ei licebat, oppositum,***) Ter. Ad. v. 299 sqq.:

Nunc illud est, quom,†) si omnia omnes sua consilia conferant
Atque huic malo salutem quaerant, auxili nil adferant
Quod mihique eraeque filiaeque erilist,

cui alterum addidit ipse Plaut. Capt. 516 sq.:

Nunc illud est, quom me fuisse quam esse nimio mavelim:
Nunc spes, opes auxiliaque a me segregant spernuntque se;††)

tum autem et ipse vix crediderim Gellium de duobus versibus locuturum fuisse, si tertii particula praeterea adesset. Inde exorsus ad locum sanandum multa temptavi, donec probabilissimus emendandi conatus mihi visus est hic:

***) Iam igitur etiamnunc contendere nequeo, eum mihi 'nec beneficio nec iniuria cognitum' esse, quod olim dicere licuit in libello de Plauti poetae nominibus p. 7. De 'iniuria' nuper, cum e re esset, commemorata hic tacere praestat.

†) Sic cum Guyeto [praeeunte fere uno alterove libro cf. adn. Umpfenbachii, qui inde 'cum' pro v. l. ibi additum recepit], Fleckeisenus [Dziatzko]; 'quod' libri.

††) His fere similia Pl. Rud. 664; Poen. 924; Ter. Eun. 551; Caec. Stat. v. 119 sq. [$1^{19}/_{20}{}^{2}$] Ribb. ex ditissima sua penu mihi commodavit Fleckeisenus. [Cf. ELübbert gramm. Stud. II 49 sq.; GAutenrieth ann. phil. suppl. VI 282 sq.]

Nunc illud est quom Arreti ludis magnis responsum datur:†)
Peribo si non fecero, si faxo vapulabo. |

p. 20 Inter utrumque hoc fragmentum qui positus est § 6 versus [85 *W.*] Nervolariae comoediae, quae et ipsa inter incertas Plauti comoedias est habita,

Scrattae, scrupipedae, strittivillae sordidae

‘meretricum vitia atque deformitates’ enumerans me commonefacit frustulorum glossarii cuiusdam novicii in bibl. gymnasii Moenofrancofurtani servatorum, quorum notitiam inter alia, quae partim maioris momenti sunt, debemus Rumpfio, viro doctissimo, in huius gymn. progr. hoc anno emisso p. 17. Ibi enim inter glossas ex litt. D petitas exemplum ponit editor eruditissimus: ‘dyonolares vel diononole vel dionoltres’ idque ‘dionolatres’ esse conicit ‘a λάτριδες, ιες Διώνης cf. Herod. I 199’; sed nil ibi latet, ut et ipse versu Plautino utar, cum eo, quem ex Gellio cummaxime protuli, coniunctim fere descripto a Varrone de l. L. VII. § 64 sq., nisi

‘Diobolares’,*) schoeniculae, miraculae;

simili fere vitio glossae Philox., quae vocantur, p. 57 c Labb. ‘diouolares δυοβουλου’, ubi leg. ‘diobolares διώβολοι’.

In eodem Varronis loco paulo antea (§ 61) inter alias glossas Plautinas voc. ‘syncerastum’ explicatur, quod legebatur in alia quadam Plauti fabula, quae et ipsa ad fabulas Varronianas non pertinebat, sc. ‘in Pagone [= p. 5, 44 *W.*]’, ex qua comoedia versus profertur:

Honos syncerasto perit, pernis, glandio.

‘Syncerastum’ ait Varro ‘est omne edulium (omne medullium - ‘medullum’ *et* ‘medulum’ *al.*; *deficit F - codd.*, *unde* ‘omnimodum edulium’ *coniecit O. Müller)* antiquo vocabulo Graeco’. Iam cum ad hoc genus Plautinarum comoediarum delati simus, priusquam ad Gellium redeamus liceat quaerere, num

---

†) [‘Versum sanare non potui’ *Winterus ed. p.* 36.]

*) Cf. praeter Varr. h. l. Fulg. s. v.; P. exc. Fest. p. 74 M.; pro ‘diononole’ leg. ‘diobolae’; ‘dionoltres’ vero et ipsum ex ‘diobolares’ corruptum esse videtur.

aliquo modo respondere possimus ζητήματι a Ritschelio olim proposito mus. phil. X 447 indeque nuper repetito opusc. II 731 de titulo illius fabulae probabiliter instaurando: 'in Phagone' olim coniecerat Pius idque fere per edd. propagatum est (cf. ipsum Ritschelium parerg. p. 151), 'in Phaone' Ladevicus anal. scen. p. 13, cui conatui viri ceterum sagacissimi calculum addi non posse significavit Ritschelius. Mihi, quamvis pro certo in re incertissima - nam de fabulae argumento ex uno illo versu nihil fere concludas - nihil affirmare equidem ausim, subesse videtur 'in Paplagone' s. 'in Paphlagone', qui titulus cum Plauti ipsius Poenulo Persaque quadrat, ut nec Graecarum fabularum titulos, quales sunt Σύρος Nicostrati, Αἰγύπτιος Calliae, Αἰγύπτιοι Antiphanis et Timoclis, Βυζάντιος Antiphanis, Γαλάται Apollodori, Κᾶρες Antiphanis, Λυδοὶ Magnetis etc., afferre opus sit, nec Ephesium Caecilii, qui Menandri fabulam cognominem sequi potuit. Ipsos Paphlagonas cum Persis profert Plautus Curc. v. 442 Fl.; G. in initio enumerationis nationum aliquot et exstantium et fictarum; Paphlagonum autem mores ita depinguntur, ut sane Paphlagonis personae optime primae in comoedia aliqua partes tribui potuerint; nam ne Cleonem Aristophaneum afferam, 'τὸν | καλού- p. 21
μενον Παφλαγόνα' (argumentum eqq. III), homines illi barbare loquentes rustici et inepti et superstitiosi esse dicuntur.*) [in Arpago: ne honos G. Loewe prodr. corp. gloss. Lat. p. 292.]

Sed videtis me limites Gellianos egressum 'latius', ut Scrofa apud Varronem ait,**) 'vagatum quam oportuerit' - Stolonis apud eundem***) laudes si mereri vellem 'minore pomerio finiendum esset, exclusis partibus, quae non pertinent

---

*) Cf. et Curt. VI 11 (41), 4 ibique Mützell.; Luc. Alex. 9; 11; 15; 17; schol. Aristoph. eqq. 2 (coll. Suid. s. v. Παφλαγών et παφλάζειν) et I. H. Krause in Erschii et Gruberi encycl. s. v. Paphlagonia sect. III vol. XI 60 sq. Si Priscum ἄγαν πονηρὸν καὶ Παφλαγόνα etc. vocat Procopius Anecd. c. 16, hoc certe ad Cleonem Aristophaneum referendum est cum Steph. thes. editoribus Parisinis s. v. Παφλαγών.

**) Varr. de r. r. I 2, 13.

***) Ibid.

ad rem' -, nunc vero littera scripta maneat; ne igitur fines huic libello 'a summis imperantibus' fere constitutos nimis egrediar neve extra pomerium subsistam, ad Gellium quidem redibo, sed omni disputatione, qua fere non opus est, omissa significabo, quid de duobus versibus Lucilianis, qui in Noct. Att. lib. I cap. XVI servati sunt, emendandis censeam. Ac prior quidem (§ 2), ex lib. Luciliano III petitus, sic esse scribendus et distinguendus videtur:

Ad portam mille a porta est; sex inde Salernum,†)

alterum vero in § eiusdem capitis 12 collocatum praecedit aliud fragmentum ex eiusdem Lucilii lib. XV excerptum § 11 'Nam in libro XV ita dicit: Hunc milli passum' etc.; sequuntur deinde in libris optimis haec: 'item alio ('item in alio' nec *P* praebet; [de β cf. adn. *hb*]) libro VIIII. mille nummum potes uno quaerere ('querere' *VP*). Centum (distinctione post 'Centum', quod cum sqq. coniungitur, haud addita)' et sic etiam codd. dett. partim, quorum alii exhibent 'item alio libro VIIII. ('nono' *al.*) Tu mille nummum potes uno quaerere ('querere' *al.*) centum'; ac sic fere Macr. l. infra c. § 7. 'Item in libro nono: Tu milli (mille *B*), nummum potes uno quaerere centum'. Macrobius vero mihi non videtur h. l. cum parte aliqua librorum dett. genuinam lectionem servasse, quod per se sane haud improbabile esset,††) sed hi ipsi ex interpolatore Macrobio, qui in archetypo librorum *VPR* lectionem fere invenisse putandus erit, interpolati potius videntur, servato praeterea, quod ille emendare studuit, librorum meliorum vitio 'alio libro nono'. Haec verba vario modo constituunt editores, in ipso versu Macrobium fere sequentes; mihi contra, ut cummaxime significavi, codd. *VPR*

---

†) 'sex inde Salernum' libri Macrobii Sat. I 5, 6; 'exinde salternum' libri fere Gelliani, quorum plenam v. l. proponam in adn. ed. ad h. l. [cf. iam hanc adn. in *hb* cum add.]

††) cf. quae de l. aliquo Sallustiano exposui ann. phil. 1867, 318 sq., de ipso Macr. *hb* praef. II p. X sq. n. *]

cum asseclis suis vestigia veri indicare videntur. Sic enim haec restituenda esse arbitror 'item alio libro:

Non milli nummum potes uno quaerere centum'. |

Sed nolo diutius per lucem ac splendorem tam festi diei p. 22 in harum minutiarum tenebris vos detinere. Valete igitur collegae maxime reverendi, illustrissimi, gratiosissimi, amplissimi, nostraeque academiae et huic homini, grato universitatis celeberrimae ac iucundissimae vestrae alumno, favete, haec vero qualiacumque θρεπτήρια benigne atque indulgenter pro vestra humanitate accipite.

III.

Ramentorum Gellianorum (VI et VII) mantissa altera.†)

VI. Emendatur Gellio adhibito locus quidam Ammiani Marcellini. p. 3

Quod nuper in memoriam revocavi (horum ramentorum mantissae prioris p. 18 adn. *** coll. p. 16 adn.**), Ammianum Marcellinum Gellii esse studiosissimum, id aeque ad res a Gellio traditas spectat quam ad dictionem Gellianam. Stabilire poterat ipsa hac stili Ammianei proprietate advocata Mauricius Hauptius emendationes duas Ammianeas iam per se probabiles, quae inter alias plerumque et ipsas sive certas sive ingeniosas ac veri similes insertae leguntur prooemio indici scholarum in universitate Berolinensi per aestatem a. MDCCCLXVIII habendarum praemisso p. 11 et p. 15 [= opusc. II 381 sq.; 386 sq.]. Quarum altera spectat ad Amm. lib.

†) Prooemium indici scholarum univ. Vratislaviensis aest. a. MDCCCLXIX praemissum.

XVII, 7, 13*), ubi pro ‘molestius’ ex ‘itus’, quam scripturam librorum docet fuisse primariam, ab aliis male in ‘molestus’ correctam, adscitis extremis vocabuli praecedentis apicibus, ‘imitus’ scribendum esse recte vidit vir illustrissimus. Invenerat autem hoc voc. Ammianus apud Gellium II 30, 4; XVII 10, 13 (= Macr. Sat. V 17, 12) et, quem addere licet, Apuleium metam. IV 12 et IX 34, p. 245; 842 Hdbr.**) Altera vero Hauptii coniectura ad Amm. lib. XVI 7, 8 pertinet. Dicuntur ibi spadones apud veteres fuisse, licet oppido pauci, fideles et frugi, sed ob quaedam vitia maculosi. ‘Inter praecipua enim,’ ait ‘quae eorum quisque studio possederat vel ingenio aut rapax aut feritate contentior fuit aut propensior ad laedendum vel † ligendimus nimium blandus aut potentiae fastu superbior’. Hic pro vulgata lectione ‘diligentibus’ a Gelenio orta***) ‘licentibus’ felicissime a Hauptio reciperatum esse patet; iterum vero eam emendationem eo tueri licebat, quod hoc quoque vocabulum similiter positum apud Gellium certe invenerat Ammianus N. A. lib. XV 9, 4 ‘Immo, inquam, potius nos et quam audaces et quam licentes
p. 4 sumus, qui | frontem improbe indocteque non virili genere

*) ‘Fiunt autem terrarum motus modis quattuor: aut enim brasmatiae sunt, qui humum molestius suscitantes sursum propellunt immanissimas moles’ etc.

**) ‘Imitus’ minus probabiliter alteri Ammiani loco (XIV 1, 9) inferre voluit Hildebrandus in adn. ad Arnob. V 10, ubi idem voc. non satis recte ab eo expellitur. Itidem in utramque partem ab eiusdem v. d. iudicio in adn. ad Met. lib. IV l. c. prolato discedo et in loco Mart. Cap. II § 139 scribendo, ubi idem adverbium spernit a Pontano pro librorum scriptura ‘imitatus’ recte excogitatum ac merito nuper ab Eyssenhardtio in verborum ordinem receptum, et in Minucii Oct. c. 22, 3, quem l. ex Gelenii coniectura recte sic edi iussit Halmius ‘nutrix capella est et avido patri subtrahitur infans, ne voretur, et Corybantum cymbalis, ne pater audiat vagitus, tinnitus (‘initus’ cod. Par. et ed. princ. Rom.; ‘ne pater audiat, vagitus imitus’ Hildebr.) eliditur’. Idem voc. etiam in utroque loco Gelliano addubitatum esse ab U. F. Koppio ad Mart. Cap. l. c. non ignoro; at is in altero loco vel de librorum scriptura omnino falsus est, de altero Ludovici a Ian ad Macr. l. c. adnotationem attulisse sufficiat.

***) Alios vv. dd. conatus cf. in adn. ad h. l. ed. Wagnero-Erf. II 196. [Eyssenh.; Gardth.]

dicimus', etiamsi hic usus non proprie ad Gellium pertinet*). Tertius vero Ammiani locus eadem observatione adhibita rectius fortasse emendari poterit, quam vel ab Hauptio factum esse video. Eadem enim pag. 15 [l. l. p. 387], qua locum cum maxime propositum emendarat, uno quodam libri XXII loco interposito, sic pergit vir eruditissimus: 'Eodem libri XXII capite 16, 16 de doctis qui Alexandriae olim fuerunt hominibus sermo est: 'inter quos chalcenterus eminuit Didymus, multiplicis scientiae scriptis memorabilis'. hic 'scriptis' excogitatum est a Valesio minus scite: quamquam peius etiam Gruterus 'captu' scribendum esse coniecerat. nimirum in [Castelli] Accursii Geleniique exemplaribus legitur 'coepti', in libro Vaticano [et Petrino] 'copti'. facili et certa emendatione scribendum est 'multiplicis scientiae COPIA memorabilis'**).

Atque hoc sensui certe optime satisfacit; sed aegre sane perspicitur, quomodo vocabulum tam usitatum sic foede mutilari potuerit. At optime vitii huius origo perspicitur, si assumptis insequentis vocabuli 'memorabilis' litteris initialibus semel, ut fere fit, scriptis cum iterandae essent, una tantum littera in optimi libri Vaticani scriptura mutata, COPRIME pro CV̄PRIME s. CVMPRIME positum restituimus.**†) Id vocabulum Ammianus desumpsit ex Gellio XVII 2, 14, qui Claudii quodam Quadrigarii loco, ubi id vocabulum legitur***),

*) Apuleio allato voc. 'reserare' usum Ammianeum ipse Hauptius muniit p. 17 [l. l. p. 390]; eidem 'ansula' quoque vocabulum acceptum referri poterit Ammiano XXVIII 1, 36 restitutum p. 17 sq. [390 sq.] v. Apul. met. IV 3 et XI 4 p. 218; 993 Hild.

**) Sic Voss. teste M. Schmidt Did. fr. p. 399, qui h. l. et ipse sic affert et l. cum maxime c. et p. 5 et p. 8.

**†) [Cf. Wölfflin lat. u. roman. Comparation p. 18. Postea de 'optime' s. 'de copia optime memorabilis' cogitavi; 'optime dives' ex Seneca philosopho, 'optime probabilis' ex excerpt. Vitruv. affert Wölfflin l. l. p. 17 sq.; 'optime sanus' ex notis Tironianis p. LXXXIIX Grut. add. CEGeorges.]

***) 'M. Manlius, quem Capitolium servasse a Gallis supra ostendi cuiusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exsuperabilem respublica sensit, is et genere et vi et virtute bellica nemini concedebat'.

proposito "Adprime" ait 'crebrius est, 'cumprime' rarius traductumque ex eo est, quod 'cumprimis' dicebant pro eo quod est 'imprimis'". Genetivus vero a 'memorabilis' pendens explicatione atque analogia non magis caret quam is, quem nuper auctore Th. Mommsenio Gellio IV 1, 1 restituendum esse duxi 'grammaticae rei eruditior†); similis genetivi exemplum fortasse hic ipse Ammiani locus praebet, ubi Aristarchus satis mire dicitur 'grammaticae rei donis††) excellens', in quo latere censeas 'grammaticae eruditionis excellens'. Sed hoc eo minus praestare ausim, quod fortasse vel apud Gellium scriptura a libris mss. tradita servanda est.

VII. Condicionibus quae inter Gellium et Favorinum intercesserint examinatis disputatur de fonte cap. N. A. lib. XIV 6.†††)

Gellius in praefatione Noctibus Atticis praemissa de ipso hoc librorum suorum titulo disputans (§ 4) dicit, se idcirco

†) De v. l. librorum mss., qui fere 'grammatice rei ditior' s. 'dicior' exhibent cf. A. Gellii q. ad ius pertinent capp. quattuor p. 9; fort., si omnino mutatione opus est [h^b = codd.], tantum 'grammaticae eruditior' scribendum est.

††) 'domis' Vat. Petr. 'doctrinis' Castellus, Accursius. 'Ditior ille animi' ap. Stat. legitur Theb. III 481.

†††) [Postea de his rebus egerunt LFriedlaender de G. vitae temporibus Regim. 1869 p. 5; Darstellungen etc. III 415 sq.; EMaass de biogr. Gr. p. 49 sq.; 77 sqq.; 104 sqq., partim probante Wilamowitzio ibid. p. 145, partim adversante p. 160. Quod ad capitis XIV 6 auctorem continet, Maassius ea, quae contra Nietzschii sententiam dixeram, 'sponte concidere' dicit, 'modo teneatur nihil magis istius aetatis homunculos quam gloriolam ut multiplicis eruditionis ita simplicitatis adfectasse'. 'Adde' pergit 'quod officii erga praeceptorem ita memor erat, ut eius nomen ibi dissimularet'. Quae num ad sententiam a me invictis, ut etiamunc arbitror, argumentis stabilitam evertendam sufficiant, videant alii; Nietzschio etiam Wilamowitzius argumentis non additis assentitur p. 145. Aliter fortasse ipse Nietzschius, praeter mus. phil. l. l. etiam XXIV 196 sq. conferendus, qui in iudice programmatis Basileensis a. 1870 a se editi (Beiträge z. Quellenkunde u. Kritik des Laert. Diog.) p. 35 Favorini nomini huius ipsius dissertationis mentionem adscripsit cf. etiam E. de Leutsch nunt. phil. I 238.]

eos inscripsisse Noctium esse Atticarum, quoniam longinquis per | hiemem noctibus in agro terrae Atticae commentationes p. 5
illas ludere ac facere exorsus sit, nihil imitatus festivitates inscriptionum, quas plerique alii utriusque linguae scriptores in id genus libris fecerint. 'Nam' inquit (§ 5) 'quia variam et miscellam et quasi confusaneam doctrinam conquisiverant, eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt'. Tum § 6 sqq. talium inscriptionum catalogum congessit duce partim Plinio nat. hist. praef. § 23 sqq., Musarum, Silvarum, Πέπλον, Ἀμαλθείας κέρας etc., quarum enumerationem satis amplam claudit additis verbis 'et quaedam alia inscripta nimis lepida multasque prorsum concinnitates redolentia'. Quibus simplicitatem suam denuo opponens 'Nos vero,' ait (§ 10) 'ut captus noster est, incuriose et inmeditate ac proprie etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum Atticas Noctes inscripsimus, tantum ceteris omnibus in ipsius quoque inscriptionis laude cedentes, quantum cessimus in cura et elegantia scriptionis'. Modestis his verbis arrogantiam quandam subesse atque εἰρωνείαν vix negabimus; si vero examinamus, quorum demum librorum titulos protulerit, eos partim certe inveniemus ad summos scriptores pertinere, quorum admiratione Gellium quoque teneri vel expressis eius verbis vel ea ratione, qua eorum scriptis utitur, manifestum est, veluti, ut nonnullos tantum delibem, ad Aristotelem, Varronem, Atticum, Aurelium Opilium, Masurium Sabinum*). Neminem vero fere ex omnibus his crebrioribus laudibus effert quam Favorinum Arelatensem, ad quem παντοδαπῆς ἱστορίας mentionem (§ 8) pertinere patet**). Non tantum 'philosophum' hunc - nam ita fere eum appellare solet -, ut artius se cum eo coniunctum significet, suum ('nostrum') nominat (III 3, 6; V 11, 8; XVII 12, 1; XVIII 7, 2), sed

*) Cf. de toto h. l. Mercklin ann. phil. suppl. III 671 sqq.

**) De hoc Favorini opere praeter Nietzschium infra adhibendum v. I. L. Marres diss. de Fav. Arelat. vita studiis scriptis Trai. a. R. MDCCCLIII p. 76 sqq.; 109 sqq. cf. lit. Centralbl. 1854 p. 13; Mercklin l. c. p. 677.

videmus eum constantissime et summa fere cum hominis admiratione lateri eius adhaerere: convictorem Favorini se praebet (II 22; III 19), comitatur eum non tantum sive ad Frontonem pedibus aegrum aliumve quem aegrotantem visitandum (II 26; XVI 3, 2), sive ad hominem aliquem nobilem filio auctum gratulandum (XII 1), sive ad Caesaris salutationem consulemve opperiendum (IV 1; XIII 25), sed etiam Ostiam (XVIII 1), neque minus, cum Favorinus aliquando in hospitis alicuius Antiatem villam aestu anni concessit, ad eum videndum Roma venit (XVII 10). Disputationibus a Favorino institutis se affuisse saepiuscule Gellius narrat: quo primum tempore a praetoribus lectus in iudices sit, se Romae plurimum Favorinum sectatum esse perhibet eiusque consilium de rebus ad iudiciale hoc officium pertinentibus expetit (XIV 2), imprimis vero ex lib. XVI 3, 1 quanta haec et familiaritas et admiratio fuerit perspicimus, ubi 'cum Favorino' ait 'Romae dies plerumque totas eramus tenebatque animos nostros homo ille fandi dulcissimus atque eum quoquo iret quasi ex lingua prorsum eius apti***) prosequebamur; ita sermonibus usquequaque amoenissimis demulcebat'. Sic alio quodam loco (XII 1) enarratis, quae Graeca, qua uti fere solebat, oratione de infantibus ipsis matrum uberibus alendis protulerat Favorinus, eius quidem sententias, quantum meminisse potuerit, se rettulisse dicit Gellius, 'amoenitates vero' ait (§ 24) 'et copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quaedam
p. 6 indipisci | potuerit, mea tenuitas nequaquam' (cf. etiam II 22, 27; IX 8, 4). In philosophia sane et in litteris Graecis praesertim habitare videmus Favorinum; sed apud eundem etiam de rebus ad litteras et ad linguam Latinam pertinentibus disputantem videmus Gellium eique in his controversiis non mediocris auctoritas tribuitur (cf. I 10; 21; II 22, ubi aeque de Latinis ac de Graecis ventorum nominibus 'summa cum elegantia verborum totiusque sermonis comitate atque

***) Sic coni. Stephanus spec. emend. p. 158 sq., Vogel de A. Gellii vita etc. p. 6; vg. 'capti' cf. VII 2. 1.

gratia' disseruisse dicitur l. supra c.; III 3, 6; III 19 etc.). Quid ea de re Gellius opinetur, habitu omnium locorum, ubi Favorini mentio fit, accurate examinato iis ipsis verbis mihi videtur exprimi, quibus ipse Favorinus respondisse fertur homini, qui de vocabuli alicuius Latini significatione quaerenti ei trita ac vulgaria proposuerat: 'Etiamsi' inquit Favorinus (XIII 25, 4) 'opera mihi princeps et prope omnis in litteris disciplinisque Graecis sumpta est, non usque eo tamen infrequens sum vocum Latinarum, quas subsicivo aut tumultuario studio colo, ut hanc ignorem manubiarum interpretationem vulgariam, quod esse dicantur manubiae praeda'. Tum autem accuratissima disputatione utriusque linguae monumentis ad rem expediendam in auxilium vocatis ipse quaestionem a se propositam ita exsolvit, ut antiquitatum quoque Romanarum se praebeat peritum. Num revera ipsissima haec aliquando protulerit Favorinus, affirmari non potest: sed imaginem certe eius rationis, qua de his materiis disserere ille solebat, his ac similibus Gellius proposuit. Quanti vero eum aestimarit, id imprimis ex iis locis elucet, ubi cum hominibus quibusdam primariis disputantem eum inducit, qui ipsis iis disciplinis proprie operam navabant, quas subsicivo aut tumultuario studio se colere profitetur Favorinus loco cum maxime commemorato apud Gellium summam eius modestiam aperte significaturum. Sane enim concedendum est, et Frontonem lib. II cap. 26 et Sex. Caecilium lib. XX cap. 1 tamquam Favorino superiores scientia sive linguae Latinae sive iuris Romani repraesentari: sed summi illi viri maxima cum urbanitate tamquam pares*) cum eo disputant ac lenis illa admonitio, qua Fronto erga Favorinum utitur**), magnopere abest

*) 'Suum' ipse Fronto nominat l. infra p. sq. [77] n. *** commemorato. Nam nullum alium Favorinum ibi significari patet.

**) Contendit ibi Favorinus plura esse in sensibus oculorum quam in verbis vocibusque colorum discrimina eamque se vocum inopiam in lingua magis Latina videre ait quam in Graeca. 'Tum Fronto ad Favorinum (§ 7) 'non infitias' inquit 'imus, quin lingua Graeca, quam tu

ab importuna et arroganti illa superbia, qua, ut hoc exemplo defungar, grammaticum 'haud incelebri nomine Romae docentem' ab eo tractari videmus in disputatione de voc. 'praeterpropter' instituta lib. XIX cap. 10. Alter vero locus, ad quem modo provocavi, notissimam illam continet disputationem inter Favorinum et Sex. Caecilium institutam de legibus duodecim tabularum, quas Favorinus non minus cupide a se lectas esse dicit quam illos duodecim libros Platonis de legibus. Ibi postquam verba fecit Favorinus, Gellius, ut suam certe et ipse admirationem declaret, Sex. Caecilio utraque manu Favorinum amplexo haec verba tribuit: 'tu es' inquit (§ 20) 'unus profecto in nostra memoria non Graecae modo, sed Romanae quoque rei peritissimus. Quis enim philosophorum suae disciplinae leges tam scite atque docte callet quam leges tu nostras decimvirales percalluisti? sed
p. 7 quaeso tecum tamen, degrediare paulisper curri|culis istis disputationum vestrarum academicis omissoque studio quicquid lubitum est arguendi tuendique consideres gravius, cuiusmodi sint ea quae reprehendisti, nec ideo contemnas legum istarum antiquitates, quod plerisque ipsis iam populus Romanus uti desiverit' etc. Quanti vero mores et ingenium Favorini Gellius aestimaverit ex ea quoque ratione elucet, qua post utramque disputationem apud eum se gerit: aeque ac reliqui omnes, qui aderant, Favorinus quoque Sex. Caecilii dissertationem laudasse atque adprobasse dicitur. Frontoni vero et modeste et eleganter scite adiecto aliquo litterarum quoque Latinarum peritiae documento respondere eum videmus. Quantopere vero studia grammatica, ad linguam quoque Latinam spectantia, et philosopha in Favorino coniuncta esse arbitratus sit Gellius, id maxime ex disputatione non minus nota de 'penus' voc. significatione atque usu (IV 1) elucet, cum ex verbis Favorini (§ 18) 'haec' (ex grammaticorum sc. et Ictorum litteris petita) 'ego, cum philosophiae me dedissem,

videre elegisse (sic Th. Mommsenius pro 'legisse') prolixior fusiorque sit quam nostra; sed in his tamen coloribus, quibus modo dixisti,' (rufo sc. ac viridi) 'denominandis non proinde inopes sumus, ut tibi videmur'.

non insuper tamen habui discere, quoniam civibus Romanis Latine loquentibus rem non suo vocabulo demonstrare non minus turpe est quam hominem non suo nomine appellare', tum ex iis, quae post ipsa haec verba toti disputationi tamquam clausulam addit Gellius § 19: 'sic Favorinus sermones id genus communes a rebus parvis et frigidis abducebat ad ea, quae magis utile esset audire ac discere, non allata extrinsecus, non per ostentationem*), sed indidem nata acceptaque'.

Rarius librorum a Favorino conscriptorum in Noctibus Atticis memoriam facit Gellius, aequales, quos praeter omnes admirabatur et ex quorum ore pendebat, sermocinantes potius inducere quam describere solitus, veluti Frontonis Herodisque Attici scriptorum nulla apud eum exstat memoria.**)

Favorini vero scripta ter commemorat; ex quibus locis unus spectat ad ἀδόξους ὑποθέσεις, quas veterum non modo sophistarum, sed philosophorum quoque vestigiis insistens adamarit Favorinus 'vel ingenio' ut Gellius ait 'expergificando ratus idoneas vel exercendis argutiis vel edomandis usu difficultatibus'; modeste igitur Gellius, qui id genus non ita magni facere videtur***), excusare quodam modo et explicare studet, quid virum a se adamatum et tanti aestimatum ad 'infames' has 'materias' tractandas commoverit; tum autem in his quoque artem eius admiratus addit, eum cum Thersitae laudes quaesiverit et cum febrim quartis diebus recurrentem laudaverit 'lepida sane multa et non facilia inventu in utramque causam

---

*) Verba 'non per ostentationem' a Mommsenio perprobabiliter pro insiticiis haberi significavi nuper cum hoc caput ederem; ipse Mommsenius paulo post de hoc capite disputans in symb. Bethmanno Hollwegio oblatarum p. 83 sqq. eorum mentionem non fecit. [Retinuit ea verba *h*[b].]

**) cf. Mercklin ann. phil. suppl. III 676 sq.

***) Magnopere vero in eo offendere, quod his quoque operam dabat Favorinus, non poterat ardentissimus fere Frontonis admirator, cum is quoque laudibus et neglegentiae et fumi ac pulveris, quarum fragmenta hodie quoque supersunt (p. 211 sqq. ed. Nab.), conscribendis operam navarit. Atque ibi Favorini quoque 'sui' pigmentorum mentionem in loco hodie satis mutilo inicit Fronto p. 215.

dixisse eaque scripta in libris reliquisse'. Reliqui autem duo loci ad philosophiae spectant historiam; atque horum quidem altero (XI 5) exposita σκεπτικῶν doctrinae summa, Favorinum quoque super hac re 'subtilissime argutissimeque' decem libros composuisse dicit Πυρρωνείων τρόπων inscriptos, altero vero (X 12, 9 sq.) commemoratis reiectisque quibusdam commentis p. 8 de Democrito philosopho traditis, 'sed id,' pergit | (§ 9) 'quod Archytam Pythagoricum commentum esse atque fecisse traditur, neque minus admirabile neque tamen vanum aeque videri debet. Nam et plerique nobilium Graecorum et Favorinus philosophus memoriarum veterum exsequentissimus affirmatissime scripserunt, simulacrum columbae e ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum volasse, ita erat scilicet libramentis suspensum et aura spiritus inclusa atque occulta concitum' atque tum ipsa Favorini verba apponit, quae mutilata ad nos pervenerunt.*)

Omnes has laudes sinceras esse eoque sinceriores, quo magis candida quoque ac modesta earum rerum significatio adsit, in quibus summis certe in hoc studiorum genere hominibus paulo inferior visus sit Favorinus, homo secundum Gellii certe sententiam in rebus ad philosophiam et ad litteras Graecas pertinentibus primarius, sed ne accurata quidem et vel grammaticorum Romae haud incelebrium scientia accuratiore litterarum Latinarum cognitione destitutus, id nemo infitiabitur, qui paulo accuratiorem cum Gellio, homine mediocris sane ingenii, sed non minus docto et accurato quam integro et sincero, notitiam contraxit. Non abest sane a viro ceterum modestissimo arrogantia quaedam, si de hominibus doctis loquitur a recta ut ipsi videtur studiorum via ac methodo deflectentibus; atque hoc ad eos fere litterarum studiosus pertinere videtur, qui aliorum grammaticorum et philosophorum

*) Praeterea definitionem τῆς καλουμένης χάριτος Favorinianam I 3, 27 propositam fragmentis (inc. sedis fr. 102) inserendam esse sat probabiliter censuit Marres l. c. p. 142 cf. Mercklin ann. phil. suppl. III 678; idemque iudicium ad alios quoque locos adhibendum est cf. eund. p. 677 sq.

scholis sectisque adhaerebant quam iis, quibus ipse totum se dediderat, summa fere admiratione horum magistrorum impletus, Frontonis praesertim, Favorini, Herodis Attici, qui hodie et ipsi satis fere futtiles, ridicule certe superbi atque inflati nobis videntur; in universum vero illi ab his non magnopere fuerint diversi, quamvis negandum non sit, partim eos nimis rebus fabulosis et nugalibus operam dedisse, studia fere patria contemnentes ac relinquentes et tamquam Graeculos se gestantes.**)

Nemo fere horum maiore εἰρωνείᾳ a Gellio tractatur quam 'homo' ille ei 'familiaris', 'in litterarum cultu non ignobilis magnamque aetatis partem in libris versatus', (lib. XIV c. 6) qui ut eum adiuvaret ornaretque eius Noctes librum grandi volumine ei tradiderat 'doctrinae omnigenus', ut ipse dicebat, — ac patet satis malitiose ipsissima hominis verba a Gellio repeti, 'praescatentem', quem sibi elaboratum esse aiebat ex multis et variis et remotis lectionibus, ut ex eo Gellius sumeret quantum liberet rerum memoria dignarum. Accipit ille cupidus et libens tamquam si copiae cornu nactus esset, et recondit se penitus, ut sine arbitris legat.

'At quae ibi', ut iam ipsum loquentem inducamus, ait (l. c. § 3) scripta erant, pro Iuppiter, mera miracula! Quo nomine fuerit, qui primus 'grammaticus' appellatus est; et quot fuerint Pythagorae nobiles, quot Hippocratae; et cuiusmodi fuisse Homerus dicat in Vlixis domo λαύρην; et quam ob causam Telemachus cubans iunctim sibi cubantem Pisistratum non manu adtigerit, sed pedis ictu excitarit; et Euryclia Telemachum quo genere claustri incluserit; et quapropter idem poeta rosam non norit, oleum ex rosa norit. | Atque illud p. 9
etiam scriptum fuit, quae nomina fuerint sociorum Vlixis, qui a Scylla rapti laceratique sunt; utrum ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ Vlixes erraverit κατ' Ἀρίσταρχον, an ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κρά-

**) cf. quae de Gellio dixi in libello Renaissance u. Rococo in d. röm. Literatur p. 35 sqq. coll. Herchero l. ibid. comm. p. 50 adn. 100 (add. eiusdem praef. Ps. Plut. de fluv. p. 31).

τητα; (§ 4) item et istic scriptum fuit, qui sint apud Homerum versus isopsephi; et quorum ibi nominum παραστιχὶς reperiatur; et quis adeo versus sit, qui per singula vocabula singulis syllabis increscat; ac deinde qua ratione dixerit singulas pecudes in singulos annos terna parere; et ex quinque operimentis, quibus Achillis clipeus munitus est, quod factum ex auro est, summum sit an medium; et praeterea quibus urbibus regionibusque vocabula iam mutata sint, quod Boeotia ante appellata fuerit 'Aonia', quod Aegyptus 'Aeria', quod Creta quoque eodem nomine 'Aeria' dicta sit*), quod Attice ''Ακτή', quod Corinthus 'Ephyre', quod Macedonis ''Ημαθία', quod Thessalia 'Αἱμονία', quod Tyros 'Sarra', quod Thracia ante 'Sithonia' dicta sit*), quod Paeston 'Ποσειδώνιον'.

(§ 5) Haec item atque alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerunt.

Quem cum statim properans redderem: 'ὄναιό σου', inquam, 'doctissime virorum, ταύτης τῆς πολυμαθίας et librum hunc opulentissimum recipe, nil prosus ad nostras paupertinas litteras congruentem. Nam meae Noctes, quas instructum ornatumque isti, de uno maxime illo versu Homeri quaerunt, quem Socrates prae omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat: 'Οττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.'

Quod caput totum fere descripsimus, ut iam unicuique patefiat, quantum ea ratio, qua Favorinum tractatum a Gellio videmus quamque ipsius huius comparationis instituendae causa paulo fusius cummaxime enarravimus, quantum ea, inquam ratio distet ab eo modo, quo alter ille homo a Gellio inducitur. Sane hic quoque familiarium eius numero adscriptus et in litterarum cultu non ignobilis esse dicitur: sed studiorum eius in minutiis quibusdam litterarum et antiquitatum Graecarum partim satis sane nugalibus versantium cum fastidio et contemptu idem Gellius meminit, qui, etsi non caecus Favorini admirator, ubivis tamen, etiam ubi secundas exadversus Frontonem et Caecilium ei tribuit, summa cum veneratione eius

---

*) Sic nunc cum Nietzschio scribendum esse censeo.

meminit et honorificentissimum de libris, studiis, sermonibus eius iudicium profert. Idem homo, quem candidum, sincerum, integrum semper experti sumus, pro perfido sane habendus esset simulatore, si tam ironice ac malitiose eundem Favorinum notasset, a cuius ore totiens pependerat, quem summa cum adsiduitate usquequaque sectatus erat, cuius laudibus totiens perstrepit. Equidem sane sedulo semper cavi, ne longinqua quae mihi cum Gellio intercedit familiaritas me nimis eius redderet studiosum; at id mihi contendere posse videor, talem perfidiam longe ab eo afuisse.

His vero ipsis satis refutari censeo sententiam a Fr. Nietzschio de Diogenis Laertii fontibus atque inibi de ipso Favorino Arelatensi disputante in mus. phil. vol. XXIII p. 642 sqq. nuper prolatam, ipso sc. hoc capite Favorinum Arelatensem eiusque librum, qui παντοδαπὴ ἱστορία inscribitur, notari, hoc inquam capite, quod ab ipso Gellio inscriptum hoc titulo legimus: ‘Cuimodi sint quae speciem doctrinarum habeant, sed neque delectent neque utilia sint’ etc. Nietzschius, ut Gellii erga Favorinum sensum aperiret, locum ex Noctium Atticarum praefatione illam variorum titulorum enumerationem proxime insequentem profert hunc (§ 11): ‘Illi omnes et eorum maxime Graeci multa et varia lecti|tantes in quas res cumque p. 10
inciderant alba, ut dicitur, linea sine cura discriminis copiam solam sectati converrebant, quibus in legendis animus ante senio ac taedio languebit quam unum alterumve reppererit quod sit aut voluptati legere aut cultui legisse aut usui meminisse’ — at non plenum locum v. d. descripsit; verbis enim ab ipso propositis praecedunt haec: ‘Sed ne consilium quidem in excerpendis notandisque rebus idem, quod plerisque illis, fuit’; tum demum pergit Gellius: ‘Namque illi omnes’ etc. Nonnullos igitur ex iis, quorum libros antea enumeravit, ab huius vituperationis communione eximendos putavit: ac non dubito, quin eo pertineant cum summi ii auctores, quos supra enumeravi, cum huius loci mentio fieret, tum Favorinus; ad ‘Graecos’ certe maxime vituperatos non pertinet homo Arelate oriundus, etiamsi Graeco sermone in libris conscribendis ute-

batur. Si sic Gellius eruditionem ac doctrinam eius aspernatus esset, si senio ac taedio in libris eius legendis se affici hoc loco diceret, totiens eleganti eius doctrina se delectari animo lubenti antea professus, omnis sane morum eius imago, qualis per universum eius opus existit, concidit atque evanescit. Confitendum sane est, inter argumenta lib. XIV cap. 6 proposita et inter ea quae in Favorini opere tractata esse scimus aliquam exstare similitudinem, cuius rei documenta collegit Nietzschius l. c. p. 645 sq., ac si de Gellio nihil compertum haberem nisi ipsum praefationis illum locum atque hoc caput, ratiocinationibus eius sane ingeniosis*) aliquam certe proba-

---

*) Quamquam his quoque insunt, quae dubitationem moveant, ut eo minuatur argumentationis pondus. 'Neque' enim 'ab Homericarum' inquit Nietzschius, 'quaestionum nugis argutiisque abhorruit Favorinus: si quidem serio cum Gellio disquisivisse dicitur (v. Noct. Att. III 16), cur Homerus Neptunum virgini nuper a se compressae haec dicentem faceret: Odyss. XI 248 ss.' (Χαῖρε γυνὴ φιλότητι· περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ Τέξεις ἀγλαὰ τέκν' etc.). At si quid ex eo loco deducendum est, id hoc est 'neque ab Homericarum quaestionum nugis argutiisque Gellium abhorruisse', nam is de puerperii tempore disputans: 'quod si' ait (§ 15 sqq.) 'ita (ita est *Th. Mommsen*) neque ultra decimum mensem fetura mulierum protolli potest, quaeri oportet, cur Homerus scripserit, Neptunum dixisse puellae a se recens compressae Χαῖρε etc. Id cum ego ad complures grammaticos attulissem, partim eorum disputabant, Homeri quoque aetate, sicuti Romuli, annum fuisse non duodecim mensium, sed decem; alii convenisse Neptuno maiestatique eius dicebant, ut longiori tempore fetus eius grandesceret, alii alia quaedam nugalia. Sed Favorinus mihi ait περιπλομένου ἐνιαυτοῦ non confecto esse anno, sed adfecto'. In qua re, ut id in transcursu addam, Gellius adnotat, Favorinum ipso hoc vocabulo Latino 'adfecto' usum esse non vulgariae significationis, ex usu scil. a Cicerone et veterum elegantissimis observato; quod vero ad rem attinet, iam vides sedulo de loci huius Homerici rationibus quaesivisse ipsum Gellium et complures eum adiisse ad difficultatem ipsi obortam solvendam grammaticos, nugalibus vero, quae illi ei dixerint, Gellius opponit Favorini auctoritatem atque in ea acquiescit. Tum vero hic locus id ipsum probat, quod alibi etiam videre licet, tantum valere apud Gellium auctoritatem eorum hominum, quos duces studiorum sibi elegerit, ac tantum eum tribuere dignitatis studiis, quae ipse fere illis auctoribus atque antesignanis instituat, ut alia ab his non magnopere distantia despiciat, si ab hominibus diversae alicui grammaticorum sectae adscriptis proferantur. Eo magis vero cavere oportet, ne talia opprobria in eos coniecta esse

bilitatem concedendam esse libenter agnoscerem. Nunc vero non possum, quin dicam, haec ad alium quendam grammaticum spectare eumque sane eadem fere partim disquisitionum argumenta amplexum, quae Favorinus quoque amplectebatur, | sed p. 11 etsi familiaritate quadam, non tamen tam arto summae admirationis vinculo cum Gellio coniunctum, talibus potius cum eo condicionibus utentem, quae sine gravi pietatis offensione talem vituperationem homini tam candido quam Gellius erat concederent. Ac sane prospexit Nietzschius tale quid sibi obiectum iri: 'Nemo quidem' ait (l. c. p. 646) 'qui hanc argumentorum collectorum vim acriter perpenderit, nobiscum facere dubitabit: attamen si quis interiorem Gellii traxerit familiaritatem, non facile sane sibi persuaderi patietur, Gellium tale aliquid de Favorino optimo praeceptore scripsisse, quale nosmet e nostra coniectura ei imputamus. Quid, inquiet, Gelliumne putabimus speciem doctrinae Favorino exprobasse, cuius amplam paratamque copiam tam saepe est expertus'. At idem a Gellio iam in prooemio l. l. factum esse censet Nietzschius. Quod quam parum probari possit, antea vidimus. Quod vero praeterea adicit, quanta lenitate et urbanitate vituperationi Gellius immiscuerit laudem, id sane in prooemii illius locum cadere consentaneum est, in altero vero illo capite verba, quae laudis speciem continent, hominem sc. illum in litterarum cultu non ignobilem fuisse magnamque aetatis partem in libris esse versatum, et ipsa non sine malitia posita sunt, ut eo magis ridiculus fiat homo, qui ex tot libris a se pertractatis nil nisi inania atque inutilia protraxerit. Immo vero inter utrumque locum tantum interest discrimen, ut vel si concedas non sine levi quadam εἰρωνείᾳ cum aliis librorum titulis a summis partim hominibus usurpatis titulum illum Favorinianum positum esse, id magnopere differat a contemptu illo fastidioso, quo commen-

arbitremur, quibus totum addictum se alibi praestat. Hoc vero loco sane aliquid interesse fatendum est inter Homericorum illorum ζητημάτων absurditatem et quaestionem a Gellio propositam, quae certe pertinebat ad enucleandam Homeri sententiam de problemate aliquo ex alio quodam litterarum genere petito quod, Gellius cummaxime pertractabat.

tarios in altero capite commemoratos spernit omnino Gellius atque reicit. Quodsi porro, ut sententiam suam fulciat, 'Neque hoc' ait Nietzschius 'solo casu factum est, ut Favorini nomen in utroque loco omitteretur; id quod modesto Gellii animo probe convenit', hoc ad prooemii locum vix adhiberi poterit, cum is et ad Plinii exemplum conformatus sit et ex ipsorum librorum ibi commemoratorum titulis nomina auctorum a quovis homine litterarum mediocriter gnaro perspici potuerint; quod vero ad alterum attinet locum, si is ad schedas tantum familiaris cuiusdam spectat, admonitionem quandam continet eius hominis, ut ad studia magis utilia sese conferat, haec vero ex Gellii certe sententia in scriniis retineat: si vero Favorinus eo petitur, cuius παντοδαπὴ ἱστορία certe publici iuris facta erat ante Noctes Atticas emissas, vituperatione tecta quidem, sed ab hominibus eruditioribus qui Favorini opus nossent primo obtutu ad Favorinum referenda, sane non modestia auctoris, sed summa erga praeceptorem alibi magnis laudibus elatum impietas apparebat. Nec res secus se habet, si vel ad schedas Favorini nondum foras editas Gellium spectasse conicias*), nam ipse Favorinus certe discipulum perfidum et tot beneficiis indignum atque ingratum agnoscere debebat. Id vero provocasse Gellium, ut morum ipsius integritas sive ab universis aequalibus sive ab ipso certe praeceptore dilectissimo merito addubitaretur, id nemo credet, qui 'interiorem Gellii traxerit familiaritatem'. Atque ipse sane Nietzschius hoc sentire quodammodo videtur, cum addat 'Denique ipsum hoc dici potest, non tam Favorinum quam genus litterarum, cui se addixit, reprehendi, idque a Gellio hac illius capitis inscriptione significari: 'cuimodi sint, quae speciem doctri-
p. 12 narum | habeant, sed neque delectent neque utilia sint"; at ipsa haec ante oculos ponuntur exemplis ex uno illo 'familiaris' illius opere petitis. Iam cum eae, quibus opus esse vidit Nietzschius ad sententiam suam commendandam, excu-

*) De Favorini vitae temporibus nil fere nobis traditum est, unde accuratiorem notitiam haurire possimus cf. Marres l. c. p. 22 sq.

sationes ad eam stabiliendam nil prorsus conferant, ipsam eius sententiam, etiamsi sat ingeniose, ut diximus, enucleatam iusto fundamento carere censebimus; nil enim auctori alicui imputare aut inferre licet quod a moribus eius probe ac sincere perpensis atque aestimatis abhorret. Id vero fecisse mihi videtur Nietzschius.

P. P. Vratislaviae m. Febr. a. MDCCCLXIX.

IV.

A. Gellius und Nonius Marcellus.†)

Die Untersuchung über Quellen und Methode des Nonius p. 706
ist in einem weiteren und umfassenden Zusammenhange noch zu führen.*) Mir selbst fehlt es dazu gegenwärtig weniger an Lust als an der nothwendigen Musze. Aber einen nicht unwichtigen Theil dieser interessanten Frage, die Betrachtung des Verhältnisses des Nonius zu Gellius attischen Nächten, habe ich wenigstens so weit untersucht, dass ich die Mittheilung der gewonnenen Resultate in mehr als einer Hinsicht für erheblich genug erachte, um damit in der anspruchslosen Form der Veröffentlichung in einer Zeitschrift besonders hervorzutreten. Es wird dadurch, wie ich hoffe, sowohl mancher Fingerzeig auch für die Fortsetzung der Untersuchung in gröszerem Massstabe gegeben als manches Schwanken in den

---

†) Jahrb. f. Philol. 85, 1862, S. 705—726; 779—799; 872; die Zueignung an L. Mercklin ist hier fortgeblieben; meine Meinung, dass er Kretzschmer, wenn auch in gutem Glauben, Unrecht gethan (das. 83, 713 fgg.; 87, 428 fgg.) hat sich nicht geändert.

*) [Vgl. jetzt A. Riese symbolae philol. Bonn. S. 483 ff.; ASchottmüller ebendas. S. 807—832; PSchmidt de Nonii Marcelli auctoribus grammaticis Lips. 1868; diesen methodischen Untersuchungen gegenüber stehen die Behauptungen von H. Nettleship Journ. of American philology II 5, 1881, S. 1—20 (= essays and lectures, Oxford 1885, S. 228 ff., s. auch Academy 1882, Sept. 2 S. 171.)]

Ansichten über den Umfang und die Art, wie Gellius von Nonius ausgebeutet worden sei, beseitigt werden. Freilich bleiben auch jetzt noch manche Zweifel ungelöst; aber für anderes ergiebt die einfache und vorurtheilsfreie Betrachtung feste und mit mathematischer Sicherheit zu erweisende Ergebnisse, die wie für die Kritik beider Schriftsteller, so für die Einsicht in die Art der Thätigkeit der späteren römischen Grammatiker überhaupt nicht unfruchtbar erscheinen werden. Besprochen ist zwar diese Frage nach den sorgfältigen Nachweisungen von Mercier in den Anmerkungen zu Nonius und nach der Zusammenstellung von Gerlach in der Vorrede zu seiner und Roths Ausgabe des Nonius S. XIII—XV kürzlich wieder sowohl von Kretzschmer de A. Gellii fontibus part. I (Leipzig 1860) S. 29—36 als auch von Lucian Müller de re metrica poet. Lat. (Leipzig 1861) S. 25—28, vgl. auch Mercklin in der Rec. der Kretzschmerschen Schrift in diesen Jahrb. 1861 S. 717 und in dem Dorpater Programm von 1861 A. Gellii Noctium Atticarum capita quaedam ad fontes revocata S. 7. 13. 15; doch dieser hat seinen Zwecken an den genannten Stellen gemäsz sich nur auf einige, wenn auch scharfsinnige und fruchtbare Bemerkungen über einzelnes eingelassen; jene beiden aber, deren Absicht darüber hinaus ging, sind zu einem einigermaszen sicheren Abschluss nicht gelangt.

Kretzschmer hat mit Geschick und Scharfsinn seine Untersuchung an einzelne Stellen geknüpft; aber weil er diese nur vereinzelt betrachtete, ohne in die Gesammtanalyse der Arbeit des Nonius einzugehen, so entbehren seine Resultate zum Theil der genügenden Sicherheit und eines Gesammtergebnisses; Müller dagegen ist zwar von der Betrachtung des Nonius und seiner Arbeit im groszen und ganzen ausgegangen, aber er hat sie nicht eingehend und selbstständig genug ins Einzelne hinein durchforscht und aus unvollständigen und unsicheren Prämissen zu rasch Resultate gezogen. Während die Wahrheit jenes Urtheils durch einfache Vergleichung der einzelnen Ergebnisse Kretzschmers und des Grades von Sicherheit, den er
p. 707 ihnen beizulegen vermag, mit den unten darzulegen|den Resul-

taten erprobt werden kann, fordert Müllers Verfahren ein etwas näheres Eingehen.

Müller geht von der Betrachtung der Nachlässigkeit und der Dummheit des Nonius aus. An derselben zweifelt niemand, keiner hat sie mit schärferen Worten gegeiszelt als derjenige, dem vor allen das Recht zu solcher Züchtigung zustand, Bentley in der Anmerkung zu Hor. serm. I 2, 129: 'sed quoties fatuus ille turpissime se dat, et auctorum loca prave et sinistre interpretatur?' Wer davon Beispiele zu haben wünscht, der sehe, wenn auch nicht alle gleich unzweifelhaft erscheinen, auszer bei Müller selbst S. 28 f. nur bei H. A. Koch nach exerc. crit. (Bonn. 1851) S. 17 oder bei Bücheler rh. Mus. XIII 596 f., XIV 444 ff., XV 434 ff.[1]) oder bei Vahlen in Varr. sat. coni. S. 21 f., 173 (dazu kommt noch die Nachlässigkeit in der häufig ungenauen Entsprechung von Lemma und Beispielen, die Röper genau erwiesen hat Philol. XV 289 f.). Dass man aber auch hierbei nicht das Kind mit dem Bade ausschütten dürfe, zeigt Vahlen namentlich in Bezug auf Titelcitate vorsichtig und methodisch a. a. O. S. 199 ff. Aber nur auf sorgfältige Beobachtung hin wird man solche Grenzen des stupor und der levitas des Nonius ziehen dürfen, nicht auf eine willkürliche Behauptung, wie die, mit der Müller seine Auseinandersetzung eröffnet, dass Nonius in der Nachlässigkeit nicht so weit gegangen sein könne, den Artikel *cor* 195, 19 M. *cor generis est neutri, ut dubium non est. masculini Ennius lib. XIII 'Hannibal audaci dum (cum* al.) *pectore de me hortatur | ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor?' (ann.* 373 *f. Vhl.)* dem Gellius VI 2 zu entlehnen, da gerade dieser in seiner ganzen Darstellung wie im Lemma diese Auffassung als einen groben Irrthum des Caesellius rüge. Aber mit Recht sagt Bücheler a. a. O. XIV 444 'die Irrthümer und Dummheiten des Nonius sind fast unergründlich'[2]): gerade

---

[1]) Beide bemerkten schon in gleicher Weise das auch von Müller angeführte Accianische *devoro* (u. *devorare* S. 98, 11).

[2]) Eins der ergötzlichsten Beispiele, wenn auch kein neues, S. 186, 29: *viriatum dictum est magnarum virium. Lucilius lib. XXVI 'contra*

hier hat, wie sich später ergeben wird, Nonius höchst wahrscheinlich den Gellius benutzt — und warum sollte er nicht? ist es denn etwas anderes, wenn er u. *duodevicesimo* S. 100, 11, welcher Artikel, wie sich gleichfalls zeigen wird, aus Gellius V 4 stammt, schreibt: *duodevicesimo, ita ut duodecimo. Varro humanarum rerum lib. XVI: 'mortuus est anno duodevicesimo, rex fuit annos XXI.' Cato in quarto originum: 'deinde duodevicesimo anno'* u. s. w., während wir noch jetzt, trotzdem dass das Kapitel lückenhaft ist, aus der erhaltenen Partie und dem Lemma ersehen können, dass Gellius an diesen Stellen einem *grammaticus quispiam de nobilioribus* gegenüber *duo et vicesimo* [oder vielmehr *duovicesimo*] schrieb und rechtfertigte? Müller aber schlieszt aus jenem einen Beispiel sogleich 'non tam multa quam vulgo creditur ex ipso Gellio hausisse Nonium, sed ex isdem potius atque illum fontibus ob similitudinem studiorum.' Ein so gewonnenes Ergebniss kann zufällig richtig sein — aber quoique, nicht parceque.
p. 708 Wie grosz man 'vulgo' das Mass der Benutzung des Gellius durch Nonius annimmt, weisz ich nicht, aber im ganzen ist es, wie ich nach dem Abschluss meiner Untersuchung mich durch den Vergleich überzeugt habe, schon richtig von Mercier nachgewiesen. Müller polemisirt darauf gegen diesen, der (zu Nonius u. *illicere* S. 6, 16) behauptet hatte, dass Gellius den Nonius ausschreibe, aber ihn nicht zu nennen wage, 'quia is recentior'. Wenn Müller dabei von 'quattuor exempla Nonii quibus ipsa continentur Gellii verba' spricht, so scheint er damit diejenigen bezeichnen zu wollen, in welchen Nonius des Gellius eigene Worte und seinen Sprachgebrauch als Belege anführt.[3]) Aber schon das Beispiel (u. *paelicis* 6, 20),

---

flagitium ***nescire (nostrae re*** Lachmann zu Lucr. S. 329 [Lucil. v. 570]), *bello* [***nescire bellum,*** richtig LMüller Jahrb. f. Philol. 95, 860; Lucil. XXVI fr. 46 S. 84; 249] ***vinci a barbaro*** | ***viriato Hannibale'*** statt ***Viriato, Hannibale.***

[3]) Gellius I 17, 2 (angeführt bei Nonius u. ***intemperia*** 493, 5). VI 6, 1 (u. ***inauditum*** 129, 9). XIV 1, 24 (u. ***victurus*** 188, 5). XVIII 13, 6 (u. ***singulum*** 171, 17). Dazu kommt, wie oben angeführt, VIII 3 fragm. (u.

von dem Mercier ausging, so wie die ferner hier von ihm angeführten zeigen, dass er in etwas weiterem Umfange von stillschweigender Benutzung unter wörtlicher Anführung spricht (für die Benutzung im Allgemeinen nennt er den Artikel *fures* und die folgenden mit dem Zusatz 'et passim in toto opere', für wörtliche Anführungen ausser zweien der in Anm. 3 angeführten vier von Gerlach zusammengestellten Beispiele noch die Artikel *apludas, intra, halucinari* 69, 31. 530, 12. 121, 22, von denen nur der letzte, wie schon er selbst z. d. St. scharfsinnig erkannte, zu jener Kategorie gehört; auch hier sagt er übrigens 'aetas ne nominatim laudaretur vetabat' und führt - abgesehen von *halophantam* 120, 8, worüber unten - auszer den Artikeln *inauditum, intemperiae, singulum* an '*apludas*' und allgemein erweiternd 'alibi'). Doch sei dem wie ihm wolle, begleiten wir Müller weiter bei der Prüfung der Ansicht Merciers. Er fasst zu dem Ende die Art der Excerpte des Nonius überhaupt etwas näher ins Auge. Bekannt sei es zunächst, dass Nonius vieles aus den voraugusteischen Schriftstellern enthalte. Dies näher auszuführen war für Müller nicht nothwendig; wir werden später darauf zurückkommen. Aus dem Augusteischen Zeitalter aber, sagt er, finden sich neben zahlreicher Benutzung des Virgil keine anderen Erwähnungen als eine sechsmalige des Horaz, eine fünfmalige des Livius, eine dreimalige des Fenestella, doppelte des Celsus und Macer, je éine des Properz, Gracchus, Hyginus, Ateius, Labeo, während er aus der Zeit vom Ende des Augustus bis auf Hadrian Niemanden citire, als éinmal Masurius Sabinus aus Gellius; — aber zu bemerken ist, dass die Erwähnungen des Ateius (u. *siticines* 54, 26) und des Antistius Labeo (u. *sororis* 52, 1) unzweifelhaft nicht minder aus Gellius stammen, wie überhaupt eine solche Aufzählung erst dann zu einem wirklichen Resultat wird führen können, wenn so weit als möglich nachgewiesen sein wird, was Nonius davon eigener Lectüre, was anderen

---

halucinari 121, 22) vgl. S. 789 ff. Ob auch u. *vituperare* 39, 14, u. *penus* 219, 28, u. *nervi* 215, 13, (u. *nuntius* 215, 10) von Gellius eignem Sprachgebrauch die Rede sei, wird unten erörtert werden.

Quellen verdankt; das war freilich weder Müllers Aufgabe, noch ist es hier die meinige; aber unbemerkt will ich nicht lassen, dass er auch hier die fünf Anführungen des Livius
p. 709 offen|bar dem Index entnommen hat: es wäre ihm sonst sicherlich nicht entgangen, dass von diesen Anführungen nur zwei mit Sicherheit auf den Geschichtschreiber Livius zu beziehen sind. Mit Uebergehung der gewöhnlichen Schreibfehler der Handschriften lauten sie: u. *consortium* 196, 11: *Titus Livius: quaenam ista societas (suavitas* codd.), *quaenam consortio est?* (Livius VI 40, 18) und u. *callis* 197, 19: *Livius libro XII (XXII* Lipsius, Mercier): *nisi (nos hic* Livius) *pecorum modo per angustos (aestivos* codd. Liv.) *saltus et devias calles* (XXII 14, 8). *idem sic frequenter.*[4]) Ueber das dritte Citat u. *gelu* 207, 29 muss sich Müller schon Belehrung bei Otto Ribbeck holen, der unterstützt vom Urbinas 308 des Nonius mit Sicherheit erwiesen hat, dass dasselbe dem *Aiax mastigophorus* des 'Titus Livius' angehöre, im Monatsbericht der Berl. Akad. d. Wiss. 1854 S. 45 f. und com. Lat. rell. S. XVIII [Ai. mast. fr. II. TRF² S. 2]. Sehen wir uns nun einmal die übrigen beiden Stellen näher an. Sie lauten:

u. *pullum* 368, 25: *T. Livius: vestis pulla, purpurea, ampla.*

u. *balteus* 194, 15: *Livius libro VIIII: auratae vaginae, aurata baltea illis erant.*

---

[4]) Bei diesem Citat mache ich beiläufig darauf aufmerksam, dass bei Beispielen aus Livius ganz ähnlich Priscianus sich ausdrückt XVIII § 172 S. 1170 P. *Livius frequenter etiam sine coniunctione septemdecem et decemseptem,* § 231 S. 1188 *Livius frequenter in milites pro in singulos milites.* Während für eine andere Partie des Priscianus sich unmittelbare Benutzung des Nonius nachweisen liesz (Philol. XI 593 ff.), scheint dies auf eine gemeinsame Quelle für die Livianischen Citate hinzudeuten, vgl. Servius zu Verg. *georg.* III z. A. *nam et Livius frequenter innovat principia,* s. auch Prisc. XVIII § 292 S. 1208 *unde et assertio* [*asseri* Madv.] *tam a servitute in libertatem quam a libertate in servitutem trahi significat, quod apud Livium in multis legimus locis.* Charisius S. 59 P. 77, 17 K. *et Livius in significatione scuti neutraliter saepius* (*clipeum* sc.) [Vgl. auch inc. fr. de nom. et pron. V 564, 24 K. *antiqui . . dicentes huius genus et huius cornus et huic genui, huic cornui. unde et Lucanus . . et Livius ubique in historia.* Quint. VIII 6, 20 *Livius saepe sic dicit 'Romanus proelio victor* s. auch dens. II 4, 19 *sicut Livius frequentissime dubitat.*]

Das erstere findet sich zwar bei Weiszenborn jetzt unter die Bruchstücke des Historikers aufgenommen (Fr. 70 S. XVI), und weder Hermann noch Düntzer noch Egger haben es unter die Bruchstücke der Odyssee des Livius Andronicus gestellt; dennoch aber gehört es sicher dahin:

. ′ . . ′ . *véstis — púlla púrpurea ámpla,*

wozu am nächsten, wenn auch nicht bis ins speciellste zutreffend zu stellen sein wird τ 225 χλαῖναν πορφυρέην οὔλην ἔχε δῖος Ὀδυσσεύς, διπλῆν (vgl. ebd. 241 f. δίπλακα δῶκα | καλήν, πορφυρέην, wobei *pulcra* statt *pulla* zu vermuthen sein würde. σ 291 f. μέγαν περικαλλέα πέπλον | ποικίλον. ϑ 84 πορφύρεον μέγα φᾶρος).

Von dem andern Fragment sagt Gerlach im Index: 'hodie non exstat', wonach er es als einen in unseren Hss. untergegangenen Bestandtheil des neunten Buchs des Livianischen Geschichtswerkes anzusehen scheint. Und unterbringen liesze es sich, wenn nur dort sonst irgend ein Zeichen für eine solche Lücke wäre, in dem vierzigsten Kapitel des bezeichneten Buchs, in der Schilderung der beiden Samniterheere, des goldenen und des silbernen, so dass nur auch der Ausfall der entsprechenden Partie für die argentati anzunehmen wäre: *duo exercitus erant,*) scuta alterius auro, alterius argento caelaverunt . . . auratae vaginae,* | *aurata baltea illis erant,* p. 710 [*argentatae vaginae, argentata baltea his*], *tunicae auratis militibus versicolores, argentatis linteae candidae.* Aber von einer solchen Lücke ist nirgend eine Spur zu entdecken, und der epischen Färbung der Worte entspricht ihr saturnisches Mass, das bei einer kleinen Umstellung durchaus untadelhaft ist:

aurátaé vagínae, — báltea aúráta
*illis eránt.**)*

---

*) [Hierher stellt das Bruchstück KEGeorges bei HIMüller berl. Jahresber. X 106.]

**) [Zustimmend und fortsetzend L. Müller, der inzwischen auf dieselbe Ansicht gekommen war, Jahrb. f. Philol. 93, 1866, S. 566 ff. Neuerlich verhält er sich ablehnend dagegen und vertheidigt die Ein-

Die Art des Citats, des einzigen, in welchem Nonius ein bestimmtes Buch citiren würde, kann keinen Anstoss erregen: führt doch auch Priscianus unter einer Reihe von Bruchstücken der Livianischen Odyssee nur zwei mit Buchbezeichnung an und bei einem derselben (V § 16 S. 647 *Livius in VI)* fehlt, wie hier, der Name der Odyssee; aber den bestimmten Homerischen Vers, den Livius übersetzte, bin ich allerdings nicht im Stande nachzuweisen. Zwar χρύσεος ἦν τελαμών heiszt es in der Beschreibung des Schwertes des Herakles λ 620, aber von der Scheide ist keine Rede, und der Plural passt hier ebensowenig als bei der Beschreibung des Schwertes, das der Phäake Euryalos dem Odysseus als Sühnegeschenk verspricht ϑ 403, und bei dem zwar von der Scheide, aber von einer elfenbeinernen, und vom τελαμών gar nicht die Rede ist. Anderwärts, wo Waffen in der Mehrzahl von Homer erwähnt werden, sind keine Schwerter dabei, und die Stellen, wo Schwerter genannt werden, wie z. B. die δύο φάσγανα π 295, vertragen nach dem Zusammenhange keine ausmalende Schilderung. Aber an anderen Orten war eine solche wohl anzubringen, wenn auch kaum an einer Stelle des neunten Buchs[5]), z. B. bei etwa erweiterter Aufzählung mehrfach vorkommender Gastgeschenke oder Preise, und wenigstens ähnliche Schilderungen von Schwertern, an die sich Livius dabei anlehnen konnte, bot die Ilias: *H* 303 f. ὣς ἄρα φωνήσας δῶκε ξίφος ἀργυρόηλον, | σὺν κολεῷ τε φέρων καὶ εὐτμήτῳ τελαμῶνι. Λ 29 ff. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος· ἐν δέ οἱ ἧλοι | χρύσειοι πάμφαινον, ἀτὰρ περὶ κουλεὸν ἦεν | ἀργύρεον, χρυσέοισιν ἀορτήρεσσιν ἀρηρός. So lässt allerdings ein strenger Beweis

---

setzung bei Livius IX 40 (der saturnische Vers S. 110), die auch ich nicht mehr zurückweisen will, die aber in der von ihm vorgeschlagenen Weise sicher nicht annehmbar ist.]

[5]) Die Beschreibung des Kampfs mit den Kikonen V. 47 ff. bot dazu doch kaum einen Anknüpfungspunkt, eher noch die Gaben Marons mit den sieben Talenten 'des schöngebildeten Goldes' V. 202, — aber Waffen passen nicht wohl zu dem Geschenke des Apollonpriesters, zum κρητήρ und den gefüllten Weinkrügen.

sich hier nicht führen, aber um meine Ansicht als wahrscheinlich festzuhalten, wobei ich die Zahl *VIIII* preisgebe, brauche ich nur noch an die wohlbegründeten Worte Mommsens über die starken Abweichungen der Livianischen Uebersetzungen von ihren Originalen zu erinnern (R. G. I[3] 883 [[7] 884]) nebst der damit verknüpften 'bald platten, bald schwülstigen Behandlung'. Und somit blieben denn für den Historiker Livius, wie bemerkt, nur zwei von den fünf angeblichen Citaten bei Nonius übrig, und diese noch dazu in unmittelbarste Nähe aneinander gerückt, sicher aus derselben Quelle.

Schränken sich somit die Citate des Nonius aus der Livianischen Zeit etwas mehr ein als Müller annimmt, so macht er dann richtig gegen Mercier darauf aufmerksam, dass auszer den namenlosen Citaten aus Gel|lius Apuleius sich einmal, p. 711
